870
Z15v3

VERSVS SATVRNII.

)
3

TERTIIS CVRIS COLLEGIT ET RECENSVIT ET EXAMINAVIT

CAROLVS ZANDER

UR »FESTSKRIFT UTGIVEN AV LUNDS UNIVERSITET
VID DESS TVÅHUNDRAFEMTIOÅRSJUBILEUM 1918».

Digitized by the Internet Archive
in 2014

https://archive.org/details/versvssatvrnii00zand

UNIVERSITY OF
ILLINOIS LIBRARY
AT URBANA-CHAMPAIGN
CLASSICS

LUNDS UNIVERSITETS ÅRSSKRIFT. N. F. Avd. 1. Bd. 14. Nr 23.

VERSVS SATVRNII.

TERTIIS CVRIS COLLEGIT ET RECENSVIT ET EXAMINAVIT

CAROLVS ZANDER



LUND
C. W. K. GLEERUP

LEIPZIG
OTTO HARRASSOWITZ

MCMXVIII

LVND MCMXVIII
TYPIS EXPRESSIT HAQVINVS OHLSSON

870
Z5 v.3

In hac commentatione compendia scriptionis haec saepius usurpantur:

E II = Zander, Eurythmia, tomus II. Leipzig, Harrassowitz, 1913,
E III = » » » III. » » 1914,
CIL = Corpus Inscriptionum Latinarum,
CLE = Carmina Latina Epigraphica ed Buecheler,
GLK = Grammatici Latini ed Keil.

Praeter quos libros hae mihi usui fuerunt editiones:

Priscianus ed Hertz, Gellius ed Hertz, Festus ed Lindsay (sed paginarum notatione Muelleriana), Nonius ed Lindsay (sed paginarum notatione Merceriana), Servius ad Verg ed Thilo, Isidorus ex collat Haveti, Varro l l ed Schoell, Varro r r ed Keil, Cato de agr c ed Keil, Macrobius ed Eyssenhardt, Marcellus de medicamentis ed Max Niedermann, Plinius h n ed Detlevsen, Plautus ex recensione G Goetz et Fr Schoell (L., Teubner, MDCCCXCIII—MDCCCXCVI), Ennius iterum rec Vahlen (L., Teubner, MCMIII), Terentius ed Umpfenbach.

Quibus numeris in hac collectione reliquiarum, iisdem numeris in adiuncta commentatione notantur versus Saturnii.

Ictus bibrevis apice notatur, ut *dómino;* ictus longae syllabae signo productionis, ut *dominō, concōrdes.* syllabae, non vocalis productio notatur tali loco.

P50740

EXEMPLA · NVMERORVM · SATVRNIORVM

1. **E**nōs, Lasēs, iuvāte.
nēve luē^{m} ruē^{m}, Mārmar,   sīns incūrrere īn pleōris.
satūr fu, fére Mars;   limēnsalī sta bērber.
Sēmunīs altērnei   ādvocā pit cōnctos.
enōs, Mamōr, iuvāto.
triūmpe, | triūmpe, | triūmpe, | triūmpe, | triūmpe.

7. **G**onlēgiūm quod ēst   acīptum aetātei agēd⟨ai⟩,
ópiparum ād veitām quolūndam   festōsque diēs,
quēi sovēis a⟨rg⟩ūtiēis   opīdque Vōlgāni
gōndecorānt sai⟨pī⟩sumē   comvīvia lōidōsque,
qúquĕi huc dédĕru⟨nt   ī⟩nperā-tōribūs sūmeis,
útĕi sesēd lubēnt⟨is   b⟩éne iovēnt optāntis.

1—6. c a r m e n   f r a t r u m   A r v a l i u m. CIL vi 2104. inscriptio ter iterat versus singulos. verba indistincta sunt inscriptione. — v **2.** *rue*^{m} = ruinam; cf. Loewe ALL i 26. — SINS et SERS lapis promiscue. — **3.** *berber* fortasse = *verber*, ut *verbeces* et *berbeces* in his iisdem tabulis = *verveces.* — in *limensali* suspicor latere *limei* (vel *lime*) *ensali*; ubi *limei* (vel *lime*) genit sg a nominativo **limos* gr λιμός osc acc sg *limu*^{m} in lammina Vibiae 128. 8 Pl, cf *bu-lima* Paulus Festi 32 M. ita scite opposita sunt principia hemistichiorum. — *sta* = siste, ut in tit. »Dueni» *statod* = sistito et (Iuppiter) *Stator* sic dictus quod (fugam) sistat. talis igitur sententia evadit: *famis insiliens siste flagellum.* — **4.** *advoca pit* = advoca pete, imperativo *pit*(*e*) = *pet*(*e*) apocopen passo, ut *dic*(*e*)· *duc*(*e*) *em*(*e*) *fac*(*e*). ad *pit*(*e*) = *pet*(*e*) cf Paulus Festi 97 M »*impitite* impetum facite, item *praepitis* pro *praepetis* Verg Aen III 361 cod Med. — haec igitur videtur esse versus 4ti sententia: *Semones* (ministros tuos, Mars) *vicissatim* (id est in suas quemque partes) *advoca*, *pete* (i. e. arcesse) *cunctos.* — totius carminis huius interpretatonem temptavi Vers Ital p 25—28.

7—29. t i t u l i   d e d i c a t i o n u m. — **7—12.** lammina coquorum Faliscorum CIL xi 3078. — v **9.** *a*||*utieis* : *a*⟨*rg*⟩*utieis* Bormann : *a*⟨*stu*⟩*tieis* Garrucci. — **10.** *sai*||*sume* : *sai*⟨*pi*⟩*sume.* — **11.** unus omnium, quotquot extant, bimembrium Saturniorum indistinctus est hemistichiis.

13. **D**uct(*u*) āuspicio īmperiōque   ēius Achāĭa cāpt⟨a⟩.
Corīntō delēto   Romām rediēit triūmphans.
ob hāsce rēs bene gēstas,
quod īn bēllo vōverāt,   hanc āedem et sīgnu
Hērculīs Victōris   īmperātor dēdicāt.

18. **f**undīt fugāt prostērnit   māximās legiōnes

19. **d**u̯ellō magnō dirimēndo,   rēgibūs subigēndis

20. **I**ūppiter ātque dīvi   ōmnes hōc dedērunt,
utī Titūs Quīnctiūs   dictātor ōppidă
novēm cáperet . . .   .

22. ⟨**I**dēm semōl⟩ te ōrat,   tū es ⟨sanctūs⟩ deŭs:
quēi tov⟨ām⟩ pacēm petĭt,   ⟨hōnc ope⟩ ādiōuta.

24. **Q**uod, rē suā d⟨if⟩ēidens   āsper āflēicta,
parēns timēns heic vōvit,   voto hōc solūt⟨o⟩,
⟨de⟩cumā factā polōucta,   lēiberēis lubētes
donūm danūnt Hērcolēi   māxsumē méreto.
semōl te ōrant sē vōti   crebrō condēmnes.

29. ⟨**p**rai⟩tōris prō po⟨plōd   Di⟩tī Di̯ovē dedē⟨re⟩.

30. **U**nōm complūrimāe   consēntiūnt gēntes
populī primāriūm   fuīsse virŭm

13—17. tabula L. Mummii L. f. cos. CIL VI 331 PLM LI A. — **18.** de tabula M' Acilii. Caesius GLK VI 265. — **19.** de tabula L. Aemilii Regilli. Caesius ibid. — **20—21.** de tabula T. Quinctii dictatoris. Livius VI 29. s. quem titulum non totum sed partem eius ab Livio reddi, ex eo apparet quod alterius partis quaedam memoria extat apud Festum 363 M; ubi tamen quod oratione obliqua verba scripta sunt, ea pars carminis restitui non iam potest. — **22—23.** postrema verba tituli L. Anfidii. CIL IX 3569. lapidis fracti quae supplementa addidi, eorum sententia non multum ab Henzeni et Mommseni auctoritate discedit. — *idem simul*] : *simul* H-M. — **23.** *tovam*] : *toutam a te* H-M. — *hunc ope*] : *eum* H-M. — **24—28.** dedicatio Vertuleiorum. PLM LII A CIL X 5708. — **29.** dedicatio M Aemilii et C Annii. CIL VI 136. deficientes litteras supplevit Mommsenus.

30—122. inscriptiones sepulcrales. — **30—31.** elogium Calatini. Cicero de fin II 116 Cat M § 61. — **30.** *uno complurimae*] codd Cic fin : *unicum plurimae* codd Cic Cat M : *hunc unum pl.* Madvig.

32. **Honc** ōino plōirumē   cosēntiōnt R⟨omāne⟩
duonōrŏm ōptumōm   fuīse virŏm,
Lūciōm Scīpiōnem.   fīliōs Barbāti
consōl censōr aidīlis   hīc fuēt a⟨pūd vos.⟩
hec cēpit Cōrsica Alériaque ūrbe,
dedĕt Tēmpestātebus āide méreto.

38. **Cornēliūs** Lūciūs   Scīpiō Barbātus
Gnāivod pátre prognātus,   fōrtis vīr sapiēnsque,
quōius fōrma vīrtūtei   parīsuma fūit.
consōl censōr aidīlis   quēi fuīt apūdvos.
Taurāsiām, Cisāunam,   Sāmniōm cēpit,
súbigit ōmnem Lōucānam,   ōpsidēsque abdōucit.

44. **Quei** ápicem, insīgne Diāl⟨is   fl⟩āminīs, gesīstei,
Mōrs perfē⟨cīt⟩ tuă,   ut ēssent ōmnia brévia,
honōs fāma vīrtūsque   glōria ātque ingénium.
quíbŭ(*s*) sei in lōngā licu⟨ī⟩set   tibe ūtiēr vīta,
fácile fāctēis superāses   glōriām maiōrum.
qua rē lubēns te ingrémiu,   Scīpiō récip⟨i⟩t
Tērra, Pūblī, prognātum   Pūbliō, Cornēli.

51. **Magnām** sapiēntiām   multāsque vīrtūtes
āetatē quom pārva   pōsidēt hoc sāxsum.
quōiei vīta dēfēcit,   nōn honōs, honōre,
is hīc sitūs. quei nūmquam   vīctus ēst virtūtei,
annōs gnatūs vigīnti   īs l⟨oc⟩ēis m⟨an⟩dātus;
nē quairātis honōre   quēi minŭ(*s*) sīt mand⟨āt⟩u⟨s⟩.

32—56. elogia Scipionum. PLM XXXVII B—XLI K CIL I 30—34 VI 1285—1289. — **32.** *R⟨omane⟩* supplevit Buecheler. — **35** et **41.** *fuet* (*fuit*) spondeus est, ut FVVEIT CIL I 1051 et *fūīt* CIL IX 3845. 3, itemque Plautus Capt 633 Pseud 1278 b; at *fŭīt* paenultima brevi etiam ultimam syllabam ante vocalem semper corripit. — **36.** *Alériaque͡ūrbe* ictu complexionis legitimo percutitur, ut Plautus Capt 652 *méaque͡amplēcti* ceteraque eiusmodi. — **52.** *āetatē* = *aetatei* = *aetati*, quod item Plautus Poen 509. et huius elogii v 54 *virtutei* ablativo casu ultimam producit, ut longa ultima ablativi *pietatī* Naevius v 260, Plautus Cas 318 *ūxorē* meā, Ep 406 *tēmporē* (quocum cf *temperī* adverbium), Persa 41 *pūmicē,* Pseud 761 *ōrdinē*, Mil 707 *mortē*, CIL 199. 37 *faenisecei.* — **55.** *l⟨oc⟩eis*] Mommsen : L||EIS : *d⟨iv⟩eis* Buecheler.

57. **H**oc ēst factūm monumēntum   Maarcō Caicílio.
hōspes, grātum est quom ápŭd meās   rēstitīstei sēedes.
bene rēm gerās et váleas.   dōrmiās sine qūra.

60. **E**st hōc monumēntum Mārcei   Vērgilēi Eurýsacis,
pistōris, | redĕmptōris. | appāret.

62. **F**úit Atīstia ūxōr mihēi,   fēmina ópituma vēixsit.
quōius cōrporīs   réliquiāe, quod súperant,
sūnt in hōc panāriō.

65. ⟨**H**eic ēst sitŭ(*s*) Q⟩ēinctiŭ(*s*) Gāi̯ŭ(*s*) Protȳmus,
⟨multēis su⟩mmā qum lāude probātus.
⟨quōius īng⟩eniūm declārat   pietātis alūmnus
⟨heic Gāius Qēinc⟩tiŭ(*s*) Vālgŭ(*s*) patrōnus.

69. **R**omānus nōmin⟨e⟩ sūm vocitātus.
quem dī Manēs properārunt   ēripere īnmatūrum.
quōius mōrtem acēr⟨bam   ēt⟩ dolōrem túlit ⏑–́
lāetus vīxi . . . .   nam . . . . ⏑́

72. **M**atēr mea míhe monumēntum   coerāvit. quāe me
desīderāt vehemēnter.   me hēice situm īnmatūre!

74. **B**ene sīt tibĭ quī iacĭs īntus.
et tū, qui trāsis,   ēt legēs hunc títulum,
ōpta tíbi terrā^m^ levĕ^m^.

57—59. CIL i 1006 vi 13696 PLM lxix d. — **60—64.** CIL i 1013—16 vi 1958 PLM xxxviii a—d. — **65—68.** CIL x 5282. CLE 12, ubi Buecheler quoque Saturnios quosdam agnitos habet. Mommseniana sunt supplementa, nisi **66** *multeis*] : *ameiceis* Mo, **68** *heic* addidi. — **69—71.** CIL ix 175 CLE 1572. v **71** plenum faciet addita a primo monosyllaba, iambica vox ab extremo, velut ⟨*ēt*⟩ *dolōrem túlit* ⟨*avŭs*⟩. — **72—73.** CIL i 1049 vi 16606. — **74—76.** CIL xiv 1873. Buecheler CLE 128 hos esse senarios falso opinatur. — v **74** *iacĭs* in tertiam coniugationem deflexum = *iacēs*; ut *indulgĭs urgĭs stridĭs fulgĭs*; cuius generis permulta et prisca et rustica Neue-Wagener III[3] pp 263—288.

77. **H**āec est dómus aetērna,
hīc est fūndus, | hēis sunt hōrti,
hoc ēst monumēntum nōstrum.

80. **H**ēis sunt dúo concōrdes,
famāque bona ēxsitūque   honēsto fēlīc*es*.

82. **R**aptūs qui est súbito;   quo fāto, nōn scītur.
quīsquis eūm lāesit,   sic cūm suīs váleat.

84. **H**ic mōres ^{h}óminum et vīta   laudābilīs probātur.
dīvitiās ^{h}abēs: frúere;   si nōn potīs, dōna.
sī nec hōc potĭs,
quid fácis at súperus, hómo qui nēscis vīverĕ?

88. **V**iātor, | viātor!
quod tū ĕs égo fuī;   quod nūnc sum et tū ĕrĭs.

90. **P**rīmitīva havē.   ēt tu, quīsquis ēs, valē.
non fúeram, nōn sum: nēsciō,   non ād me pērtin⟨ĕt⟩.

92. **A**emília Prīma sālve.   ēt tu, ⟨qu⟩āequae dīces,
ōmnia ēv⟨eniānt⟩ tibēi.

94. **É**go tibī quod tū mi   fácere dībuīsti.
mī qui fáciat nēsciō.

96. **P**recōr, si qui ēstis Mānes,   út ibi il*l*āe sit suāvitĕr.
ēt tibi béne sit quī legĭs.

77—79. CIL vi 9583. — v **78.** *hīc* nominativus singularis productus indicio est hunc titulum non antiquiorem esse Lucilio (cf Luchs comm pros Erl I 9. 1). — **80—81.** CIL i 1071 vi 23137. — postrema verba sic scripta sunt: EXSITVQ · HONES · FELIXS. ubi *felices* pluraliter, non singulariter *felix* legi, sententiae causa necesse est. — **82—83.** CIL vi 28044. — **84—87.** CIL v 1712. — inter v **84** et **85** inscriptione interposita sunt nomina mortuorum — pondus Saturnii numeri excipit volubili et celeri cursu talis senarius quales sunt fere Plautinorum diverbiorum. — *at superus* = ad superos. — **88—89.** CIL xi 2643. — **90—91.** CIL v 1939. — **92—93.** CIL vi 18938. — Buecheler CLE 131 »Senarius est«, inquit, »modo restitueris *et tu quae dices*«; quasi vero liceat eam inscriptionem, cuius sit lectio certa, sic vexare et interpolare coniecturis. — **94—95.** CIL xiv 2841. — **96—97.** CIL vi 12735. — *ut ibi illae*] Henzen: *utibiliae* Donius. — *illae* dat sg, ut *eae* Cato de agr c cap 142.

98. **H**īc sitāst Amȳmōne Marci ōptima ēt pulchērrimă,
lanífica pía pudīca, frūgi cāsta dómisedă.

99. **D**ominō dilēctus, quoquo īret sēmpēr comĕs,
pōculī minīster, doctūs palāestrāe puĕr,
equēs sepūltus hīc sum, ānnos nātus ōcto ēt decĕm.

101. **Q**uīdquid nōbis fēcerīs, idēm tibī spēres;
mihī crēde, tū tibī tēstis ⟨īpse erīs.⟩

103. **Q**ui hic mīxerit āut cacārit, habeāt deōs súperos
et īnferōs irātos.

105. **R**ógo te, mī viātor: nōli m⟨ī⟩ nocēre.
106. **R**ógo per súperos: qui ēstis, ōssa méa tueātis.
107. **D**eis īnferūm parēntum sacrūm: nī violāto.
108. **N**e tāngito ō mortālis, reverēre Mānēs deōs.
109. **I**ta tíbi contīngat quōd vis, ut hōc sacrūm non víoles.
110. **P**ōntia Prīma heic ēst sită, nolēi violāre.
111. **V**éto venīri, | véto donāri.
112. **Q**uom Quīnto Cāepiōne prōeliō͡est occīsus.
113. **M**onumēntum prō re māgnum, prō pietāte pārvum.
114. **I**nīqua fāta, quāe nos tām citŏ dīsiunxērunt.
115. **Ō**b fidēlitāte^m et ōficēis mōnumēntum.
116. **B**ene sīt tibī viātor, qui mē non prāeterīsti.
117. **V**ōs, superī, bene fácite, diŭ vīvite ēt venīte.
118. **E**go mī aps tē sperāba; nūnc tibī fēci.

---

98. CIL VI 11602. — de scansione errat Buecheler CLE 237. — **99**—**100** b. CIL IX 1880. — v **100**. POCVLI inscriptum, quod pronuntiandum esse *pocli* censet Buecheler CLE 100; qui tamen frustra cum saepe tum in horum quoque versuum tanquam senariorum vulgarium scansione luctatur. — **101**—**102**. CIL VI 20905. — **103**—**104**. CIL VI 13740. — **105**. CIL X 4352. — **106**. CIL VI 12802. — **107**. CIL I 1241 X 4255. — **108**. CIL VI 29948. — **109**. CIL VIII 1070. — **110**. CIL VI 24752. — **111**. CIL VI 21096. — **112**. CIL I 582. — a. fere u. c. DCLXIV, quo anno Q. Servilius Caepio a duce Marsorum Pompaedio occisus est. — **113**. CIL V 7581. — **114**. CIL IX 292. — **115**. CIL I 1050 VI 16608. — **116**. CIL II 4174. — **117**. CIL VIII 5030. — **118**. CIL IX 384. — AEGO in lapide; quae scribendi rusticitas, si non omnis novicia, at fortasse indicat hominem indoctum haec verba, ut tralaticia, a titulo antiquiore sumpsisse.

119. Tu, quī legīs, valē; et cūm volēs venīto.
120. Amīcī, bene fácere sēmper stúdiosūs fuī.
121. Nōn fuī, fuī: mémini; nōn sum: nōn cūro.
122. Nōn fuī, fuī; nōn sum: nōn desīderō.

123. Dīvŏm ēmpta cante, divōm deō sūpplicānte.
124. Cozēv*i* *a*dorīeso ōmniă.
vḗrŏ^{m} ad pátula cōmis *ēs* iāneūs, Iānes.
du̯onŭ(*s*) cērus ēs, du̯onŭ(*s*) iānus, vevē*is* promérios
†eum †recūm . . . .

---

119. CIL IX 3193. — hic Saturnius octonarium iambicum sequitur. — 120. CIL VI 25987. — 121. CIL XIII 530. — 122. CIL VIII 3463.

123–153. precationes. — 123–129. carminis Saliaris reliquiae. de quibus olim egi (Zander, Carm Sal reliquiae. Lund 1888); post me Maurenbrecher NAS XXI; qui non multum profecit. — 123. Varro l l VII 27 ». . *canite*, pro quo in Saliari versu scriptum est *cante* hoc versu: *Divom — — supplicante*». — ubi sub illo *empta* suspicor latēre *empeta*^{m} = **impetam* a nominativo *empeta* (**impeta*); quod videtur fuisse cognomentum Iani Consivii, sic dicti ut qui *impetat* i. e. impetum faciat (= adoriatur, cf v 124) vel intret (ad generandum). ab *impetendo* igitur *impeta*, ut *incola* ab *incolendo*, *accola* ab *accolendo*. — *divom deo* sic interpretatur, auctore Cornelio Labeone, Macrobius Sat I 9 14: (Ianus) »Saliorum quoque antiquissimis carminibus deorum deus dicitur». — *supplicante*: positio verbalis ita producta est ut *nequīnont*, *danunt*, *inserinuntur*. — 124–126. Varro l. l. VII 26 cod F: »in carmine Saliari sunt haec: *cozeulodorieso omnia vero adpatula coemisse. ian cusianes duonus ceruses dunus Ianusve vet pom melios eum recum*» . . . — 124. *Cozevi*] Havet: *cozeul*; cf Tertullianus ad nationes II 11 p 115. 1 Wiss: »deus Consevius quidam, qui consationibus concubitalibus praesit»; Macrobius autem Sat I 9 15 eundem Consivium nominat. — 125. *ianeus*: cf Paulus Festi p 103 M: »*ianeus* ianitor». — *Ianes*: cf Tertullianus apol c 10 p 383 Migne . . »a Iano vel Iane, ut Salii volunt». — *vĕrŏ*^{m} genitiv plur a nominativo *vĕrom* porta = osc umbr *vero*^{m} porta (de quo Planta in indice s v); ab eadem stirpe latine **apverio* 〉 *aperio* et **opverio* 〉 *operio*. — 126. *duonus cērus* = bonus creator, ut *cērus mānus* ap Paulum Festi p 122 M. — *promerios* = optime meritus, cf Festus p 205 M: »*Promeriom* praecipuum, praeter ceteros meritum». — Hos igitur versus 124, 125, 126 sic interpretor: (Iane) Consivi adorire (i. e. invade intrans) omnia. portarum ad patulos aditus comis (= benignus) es ianitor, Iane. bonus creator es, bonus introitus (*ianus* = arcus, cf Ovidius F I 257 »cum tot sint *iani*, cur stas sacratus in uno?»), de vivis optime meritus.

127. Cúme *t*onās Leucēsiĕ,   prae tēd tremōnti,
quō*d* tibē*i* *c*ŭnĕī*s* dehīscu*n*t,   *m*are m⟨ōntes cāmpi.⟩
129. pennātas īmpennātasque āgnas

130. Sī priōr defēxit   pūblicō consílio
dolō malō, tum illō diē
Iūppitēr poplūm   Romānum sīc ferīto,
utĭ égŏ hunc pōrcum hic hódie fériam.
tantōque mágĭ(*s*) ferīto,   quānto mágĭ(*s*) potēs pollēsque.

135. Mārs patĕr,
tē precōr quaesōque,   utĭ sīs volēns propítius
míhĭ domō
fámiliāeque nōstrae.

139. Iāne, Iūppitēr,   Mārs patēr, Quirīne,
Bellōna, Larēs,
divī Novēnsilēs,   di Indigitēs,
divī quorūmst potēstas   nōstrorum hōstiūmque,
dīque Mānes:

127—128. Terentius Scaurus GLK VII 28. 6: »*Cum* quidam per *cum*, nonnulli per *quom*, . . . antiqui pro hoc adverbio *cume* dicebant. ut Numa in Saliari carmine: *cuine ponas Leucesiae praetexere monti quot ibet eunei de his cum tonarem*». (*eunei de his* cod P : *etinei de is* cod B.) — Festus p 205 M: »*pretet tremonti* praetemunt pe», i. e. *prae ted tremonti* = praetremunt te. ubi *praetremunt* = valde tremunt, ut *praetrepidus* = valde trepidus. *praetremunt* accusativum regit, ut *tremere* Liv XXII 27. 3 »in qua magistri equitum virgas ac securis dictatoris tremere . . . soliti sint». — *Leucesie* Iovis cognomen, alii *Lucetium* dixerunt: Macrob S I 15. 14: »Iovem lucis auctorem, unde et Lucetium Salii». — Sic igitur hos duos versus interpretor: Cum tonas, Leucesie, te praetremunt mare montes campi, quod tibi dehiscunt, rupti cuneis tui fulminis. — **129.** Paulus Festi p 211 M: »*Pennatas impennatasque agnas* in Saliari carmine spicas significat cum aristis et alias sine aristis». — **130—134.** obtestatio in formula foederis faciendi. Livius I 24. 8. hi Saturnii obtestationem ipsam continent; reliqua autem eius formulae prosa oratione concepta sunt. — **135—138.** exordium carminis agrum lustrantis. Cato de agri c c CXLI 2. hos versus sequuntur illa quae petuntur, concinna sed prosa oratione concepta, de qua concinnitate acute disputavit Carolus Thulin. — **136.** *sies* traditum, *sīs* per synizesin pronuntiandum, quod item in sententia Appii v 183. — **139—149.** exordium devotionis Decii. Livius VIII 9. 6–7. Saturnios precationis sequitur ipsa devotio prosa oratione

vōs precōr véneror, veniām petō ferōque;
utī poplō Romāno vīm victōriāmque
prōsperētis,
hostēsque poplī Romāni Quirītiūm terrōre
formīdinē mortēque
āfficiātis.

150. Luām Satūrni, Sắlăciām Neptūni,
Horām Quirīni, Vīritēs Quirīni,
Maiām Volcāni, Hēriēm Iunōnis,
Molēs Mav*ō*rtis Nĕrĭenēmque Mārtis.

154. Égo tuī mémini, medēre meīs pédibus.
Tērra pēstēm tenēto, Salūs hīc manēto,
īn mĕīs pédibus.

157. Vetūs novōm vinūm bibō, veterī novō mōrbo médeor.

159. Resēda, mōrbīs resēda,
scin, scīn quis hīc pūllus ēgerīt radīces?
nēc capŭt nēc pedēs hábeat.

162. Ānte cănĕ cōrcu, nēc *n*egitō cantōrem.
ut *h*ōs, ut *h*ōs, ut *h*ōs, tibĭ vīnum prāeparābo.
lev*ā* libīdinēm, discēdĕ ā nonnīta.

---

concepta. — **144.** *feroque*] codices : *oroque* Forchhammer, Madvig. — **145.** *Romano Quiritium* codd. — **148.** *formidinē mortēque* ablativi terminationem prisco more producunt, de quo ad v 52. — **150—153.** pars antiquae precationis. Gellius XIII 23 (22): »Comprecationes deorum inmortalium quae ritu Romano fiunt, expositae sunt in libris sacerdotum populi Romani et in plerisque antiquis orationibus. in his scriptum est: *Luam . . . Martis*». mutila esse haec verba carminis ex eo ipso intellegitur quod deest accusativos regens verbum precandi venerandique. — **153.** *Mavortis*] : *Martis*.

154—178. incantamenta. — **154—156.** cantio ad pedum dolorem. Varro r r I 2. 27 ex libris Sasernarum. — **157—158.** carmen novum vinum bibentes Meditrinalibus. Paulus Festi p 123 M, Varro l l VI § 21. — *vetus novom . . . veteri novo morbo*] Paulus Festi : *novom vetus . . . novo veteri vino morbo* Varronis cod Flor. — **159—161.** cantio ad collectiones inflammationesque herbam resedam adhibentis. Plinius h n XXVII § 131 (106). — **160.** *scin scin*] : *scisne scisne* R : *scisnecinae* V. certe prisci moris fuisse, ut non *scisne* sed *scin* diceretur, demonstravit Schrader de particula -NE p 21 sq. — **161.** *habeat*] V : *habeant* ER ex correctione. — **162—168.** carmina ad corcum. Marcellus de medicamentis XXI §§ 2 et 3. — **162.** *negito*] : *megito*. — **163.** *ut hos*] Usener : *utos*. — *praep. tibi vin.* : transposui. — **164.** *leva*] Jac Grimm : *leve*. — *nonnita* ὑποκόρισμα a *nonna* (de *nonna* Groeber ALL IV 134).

165. **C**ōrce, cōrce, dō stāgne.
pastōres te īnvenērunt,
sine mánibus cōllegērunt, síne focō coxērunt,
sine dēntibūs comēdērunt.

169. **Ē**xi, ⟨sī⟩ hódie nāta, si ānte nāta,
sī hodiē creāta, si ānte creāta.
hanc pēstem pēstilēntiăm,
hūnc dolōrem, | hūnc tumōrem, | hūnc rubōrem,
has tōles, hās tosīllas,
hunc pānŭm, hās panūclas,
hanc strūmăm, hānc strumēllam, hanc réligiōnem
ēvoco ēdūco excānto de istīs membrīs medūllis.

177. **T**ērram téneo, hērbām legō; prōsit ād quod tē cōlligō.

179. **O**ccūrsatrīx artíficum, pērdită spīntūrnix
180. **D**abūnt malūm Metēlli Nāeviō poētae.
181. **V**eterēs Casmēnas cāscam rēm volō profāri.

182. **A**mīcum cūm vidēs, ōblivīscere míseriās;
inimīcŭ(*s*) sīs commēntus nēc libēns āeque.

184. **Q**ui*s* ánimi cōmpote ēsse,
nē quid frāudĭ(*s*) stuprīque ferōcia páriat.

---

165. *stagne* = *stagnum* (*stannum*) i. e. ea lamella stagnea, in qua inscriptum carmen ad collum suspendi praecipit Marcellus l q d. — **169—176.** carmen ad faucium dolorem. Marcellus de med XV § 11. — **175.** *religionem*] L : *relegionem* P : *religione* Bernays. — **177—178.** cantio ad ischiadem herbam Britannicam colligentis. Marcellus de med XXV 13; cf adn Niedermanni ad h l.

179—181. variorum versus. **179.** Festus p 332—333 M. — **180.** Caesius GLK VI 266. 7. — **181.** Varro l l VII 28 »in carmine Priami quod est *Veteres — profari*».

182—210. praecepta et proverbia. — **182—185.** Appii Claudii sententiae. — **182—183.** Priscianus I 384. 4 H. — **183.** *sies* codicum pronuntiandum per synizesin, ut scripsi: ad v 136. — **184—185.** Festus p 317 M. — haec interpretatus sum et enarravi Vers Ital p 15. — **184.** hoc videtur dici: potes animi compos esse. — *quis*] : *qui*; *quis* est praesens indicativus verbi *quire*. — *compote*] : *compotem*. — *compote* nominativus est = **compotis* = *compos*; *S* omissa est, ut DITE CIL I 818 = **Ditis* = *Dis*. MILITARE CIL XIV 2577 = *militaris*, et cetera eius modi.

186. Hibērno pūlverĕ, vernō lutō,
grāndia fārra, camīlle, metēs.

188. Réligentem ēsse opōrtet, réligiōsus nē *fuās*.
189. Corcīllumst quód hominēs facit, cētera quīsquilia ōmnia.
190. In álio pēduclūm vidēs, īn te rícinum nōn vidēs.
191. Unīus pécudis scábies tōtum cōmmaculāt gregĕm.
192. Quod hódie nōn est crās erĭt, sic vīta trūditŭr.
193. Hōc est cāldum mēierĕ, et frīgidūm potāre.
194. Amīci mōres nōverīs, non ōderīs.
195. Septēm convīviŭm, novēm convīciŭm.
196. Nímia fámiliāritās parīt contēmptum.
197. Generōsiōris ārborīs statīm plānta cūm frūctust.
198. Pōsteā nolī rogāre, quod īmpetrāre nōlúeris.
199. Cum dīxerīs quōd vis, āudiēs quod nōn vis.
200. Tām diū discēndumst, quām diū vīvas.
201. Quī semēl scūrra, numquām patēr famílias.
202. Dīves āut inīquus, āut inīqui hēres.
203. Nec múlierī nec grémio crēd*uās* opōrtet.
204. Qui in pērgulā nātus ēst, aedēs non sōmniātur.

186—187. antiquum carmen rusticum. Paulus Festi p 93 M, Macrobius Sat V 20. 18. — **188.** Gellius IV 9. 1: »Nigidius Figulus ... ex antiquo carmine refert ...: *Rel. esse op., r. nefas*«. — *ne fuas*] Fleckeisen : *nefas*. — facili interpolatione, cum ex multis Saturniis — quod hic semel commemoro — tum ex hoc versu ab huius aetatis grammaticis septenarius concinnari solet. — **189.** Petronius c 75 p 51. 14 B. — **190.** Petronius c 57 p 38. 6 B. — **191.** Hieronymus c in Gal III p 403 A Migne (489 V): »iuxta vulgare proverbium: *Unius p. s. t. c. g.*« — **192.** Petronius c 45 p 30. 5 B. — **193.** Petronius c 67 p 45. 19 B. — **194.** Porphyrio ad Hor Sat I 3. 32: »praecipitur per proverbium: *Amici m. n., n. o.*« — **195.** Iulius Capitolinus vita Veri 5. 1: »notissimum dictum ...: *Septem c., n.* vero *c.*« — **196.** Augustinus sc Parad 8 p 1001 M: »vulgare proverbium est quod *Nimia f. p. c.*« — **197.** Quintilianus VIII 3. 76: »quae me iuvene ubique cantari solebant ...: *Generosioris a. s. p. c. f.*« — **198.** Seneca ep 95. 1: »verbum publicum: *Postea n. r., q. i. n.*« — **199.** Hieronymus ad Rufin III 42 p 488 B Migne (568 V): »illud e trivio: *Cum dixeris q. v., audies q. n. v.*« — **200.** Seneca ep 76. 3: »*Tam diu discendumst* ..., si proverbio credimus, *quam diu vivas*«. — **201.** Porphyrio ad Hor ep I 17. 58: »proverbium ...: *Qui semel sc. n. p. f.*« — **202.** Hieronymus ep 120. 1 p 984 M (821 V): »vulgata sententia ...: *Dives a. i. a. i. h.*« — **203.** Festus p 165 M: »*Nec mulieri nec gremio credi oportere*, proverbium est«. — **204.** Petronius c 74 p 50. 28 B.

205. **Q**ui, cūm loquī non pōsset, tacēre nōn pótuit?
206. **D**elígere *tēd* opōrtet, quēm velīs dilígere.
207. **I**dem Ātti, quod Tētti.
208. **Q**uot sērvi, tot hōstes.
209. **U**bĭ ūber, ibĭ tūber.
210. **T**acĕ līngua, dabŏ pānem.

211. **V**irūm mihī Camēna īnsece vērsūtum
212. mea púera quīd verbi ēx tuō ōre suprā fūgit?
213. néque tamēn te oblītŭ(*s*) sŭm, Laērtie nōster
214. argēnteō polūbro, āureō eglūtro
215. patēr nōster Sātūrni fīlie . . . .
216. tūque mihī narrāto ōmnià disērtim
217. quāe haec dāps est, quī fēstus diēs? . . . .
218. matrēm ⟨procī⟩ procītum plūrimī venērunt
219. īn Pylūm devénies āut *i*bī ommēntans
220. tūmque rēmos iūssit rēlligāre strūppis
221. ibīdēmque vīr sūmmus, adprīmus Pātrōclus
222. quandō diēs advéniet quēm profāta Mōrtast
223. ātque escās habēmus mēntiōnem . . . . . .

---

205. Gellius I 15. 16. — *quî?* = cur? — ex vetere libro hunc versum Gellium sumpsisse, iam diu philologorum suspicio est (de quo cf adnot Hertzii). — **206.** Rhet ad Her IV 21. 29. — *ted* addidi, apud Rhetorem Herennii omissum, ut obsoletum. — **207.** Varro apud Nonium p 40. 1, cf Idem apud Gellium III 16. 13. — vide ea quae ad h l Gellii M Hertz in ed crit maiore adnotavit. — **208.** Festus p 261 M. quod Verrius auctor Festi ex libro Capitonis Sinnii sumpserat. — **209.** Apuleius Flor 18 p 35. 3 Helm. — **210.** Petronius c 69 p 46. 18 B.

211—247. versus de Livii Andronici Odyssia. — **211.** Gellius XVIII 9. 5, α 1 (α = Homeri Odyssiae liber I). — **212.** Priscianus I 231. 10 H, α 64. — **213.** Priscianus I 301. 22 H, α 65. — *neque tamen*] RB : *neque tam* r : *neque enim* ADHUGK. — **214.** Nonius p 544, 22, α 136—7. — *polubro*] (cf Paulus Festi p 247 M) : *pòlybro.* — *eglutro*] C O Mueller : *et glutro.* — **215.** Priscianus I 305. 10 H, α 45, 81. — **216.** Nonius 509. 29, α 169. — **217.** Priscianus I 321. 9 H, α 225. — **218.** Paulus Festi p 225 M, α 245—248. — *proci* addidi. — **219.** Festus p 190 M, β 317 (β = Homeri Odyssiae liber II). — *devenies* cod Festi i. e. *deveniens.* — *ibi*] : *ubi.* — **220.** Isidorus Orig XIX 4. 9 ex collatione Haveti. β 422 sq, o 287 sq. — *religare* cod P, *relligare* scripsi perspicuitatis causa, nam *rē-* producitur hoc loco; de quo Vers Ital p 86 et L Mueller r m² p 362. — **221.** Gellius VI (VII) 7. 11, γ 110. — **222.** Gellius III 16. 11 ex libro Caesellii Vindicis, β 99 sq, γ 237 sq. — **223.** Priscianus I 198. 10, δ 213.

224. pārtim errānt, nequīnont   Grāeciām redīre
225. sāncta puēr, Satūrni   fīlia, rēgīna
226. apūd nȳmpham, Atlāntis   fīliām, Calȳpsōnem
227. iam in āltum expūlsa līntre   . . . .
228. ígitur dēmum Ulīxi   cor frīxit prāe pavōre
229. utrūm génuă āmplōctens   vīrginem ōrāret
230. ibī manēns sedēto,   dōnicūm vidēbis
me cārpentō vehemēntem   domūm redīsse
232. símul ac lácrimas de ōre   nōegeō detērsit
233. nāmque nūllum peius   mācerāt hum*ōnem*
quāmde màre sāevom.   virē*s* cŭī sunt māgnae,
toppēr 〈virūm〉 confrīngent   īmportūnae ūndae.
236. Mercúrius cūmque eō   fīliūs Latōnas
237. nexābant mūlta intēr⁀se   flexū nodōrum dúbio
238. nām divīna Monētas   fīlia *ī*m dócuit
239. tōpper fácit hom*ō*nes,   ūt *priūs* fuēr*u*nt
240. toppēr citī ad āedis   vēnĭmūs Cīrcae;
simūl du̯ona 〈dōna es〉*cā*rum   portānt ad nāvis
〈ca〉mīll*ae*, *cū*lle*ă*   *v*īn*i* isdem īnserinūntur.
243. parcēntes prāemodŭm   . . . .

---

224. Festus p 162 M, δ 495. — *nequinont*] Festus in lemmate : *neque nunc* cod Farn in versu. — 225. Priscianus I 232. 3, δ 513 πότνια Ἥρη. — *filia* suspectum, ut redundans; melius fuit *caelitum* (regina). — 226. Priscianus I 210. 9 ex Stromateo Caesellii Vindicis, α 52, δ 557, ε 14, η 245. — 227. Priscianus I 151. 21 H, ε 269 sq. — 228. Servius Cassellanus ad Verg Aen I 92, ε 297. — 229. Diomedes 384. 9 K, ζ 142. — 230—231. Charisius 197. 16 K. — *vehementem*] cod N : *vehentem* Fabricius. — ζ 295 sq. — 232. Festus p 174 M, θ 88. — 233—235. Festus p 352 M, θ 138 sq. — *humonem*] : *humanum*. — *vires*] : *viret*. — 〈*virum*〉 addidi. — 236. Priscianus I 198. 14, θ 322 sq. — 237. Priscianus I 469. 17 et 538. 12 H, Diomedes 369. 20 K, θ 378 sq. — *nexabant*] Diomedes, Priscianus p 538, p 469 DLrU (U = cod Upsaliensis a me collatus) : *nexebant* Priscianus p 469 RBdHGK. — 238. Priscianus I 198. 12 H, θ 480 sq. — *divina*] GLK : *diva* RADHU. — *filia im*] Fleckeisen : *filiam* codd. — 239—242. Festus p 352 M »topper . . . in Odyssia vetere: *Topper facit homines utrius fuerint; Topper citi ad aedis venimus Circae, simul duona eorum portant ad navis; milia alia in isdem inserinuntur*«. — 239. *homones*] C O Mueller, *ut prius*] Duentzer. — 241—242. sic emendare conatus sum, ut supra scriptum est. — ad v 239 cf κ 395 ἄνδρες δ' ἄψ ἐγένοντο, ad v 240 μ 9 δὴ τότ' ἐγὼν ἑτάρους προΐην ἐς δώματα Κίρκης, ad v 241—242 μ 18 ἅμα δ' ἀμφίπολοι φέρον αὐτῇ σῖτον καὶ κρέα πολλὰ καὶ αἴθοπα οἶνον ἐρυθρόν. — 242. *camillae cullea vini in*] : *milia alia in*. — ad *cullea* cf *culleum cȳlli* CGL II 575, ubi legendum est: *culleum · cullei*. — 243. Gellius VI (VII) 7. 12, μ 321.

244. vēstis pūlla pōrpúrea āmpla . . . .
245. īnque manūm surēmit hāstam . . . .
. . . . cārnis
246. vinūmque quōd libābant ān*cu*lābātur
247. dēque mánibus dēxtrābus . . . .

248. Novēm Iovīs concōrdes fīliāe sorōres
249. pōstquăm ávĕm aspēxit īn templō Anchīsa,
sắcra͡īn mensā penātiŭm ōrdinē ponūntur,
īmmolābat āureām vīctimām pūlcram.
252. ȩorūm sectām sequōntur multī mortāles
253. mūlti aliī e Trōia strēnuē virī ·
254. ubī forās cŭmāuro illīc exībant
255. ferūnt pūlcros crātēras, āureās lepīstas
256. purām pulcrāmque ex āuro vestēmque citrōsam
257. . . . . ambōrum uxōres
noctū Troiād exībant capítibus opērtis,
flentēs ambāe, abeūntes lacrimīs cum mūltis
260. senēx, frētus pìetāti deum, ādlocūtus
summī deūm rēgis fratrēm Neptūnum,
rēgnatōrēm marŭm . . . .
263. patrēm suūm suprēmum ōptumum āppēllat

244. Nonius 368. 30, τ 225. — **245**. Festus 298 M, Paulus Festi p 299 M, φ 433. — *manum*] Festus : *manu* Paulus. — **246**. Priscianus I 208. 21 H, ψ 304 sq. — *anculabatur*] : *anclabatur* Priscianus, quo iustum non fit hemistichium. ad *anculabatur* cf Paulus Festi p 19—20 M: »antiqui *anculare* dicebant pro ministrare«. at *anclare* (= haurire Paulus p 11 M) etsi idem est atque Homericum ἠφύσσετο οἶνος, tamen dici non potuit *carnis vinumque anclabatur* (i. e. hauriebatur), at *carnis vinumque anculabatur* (i. e. administrabatur) licebat dicere.

248—308. versus Cn. Naevii, **248—306**. de Bello Punico, **307**. de incerto carmine, **308**. de Satura. — **248**. Caesius GLK VI 266. 3. — **249—251**. Probus ad Verg Ecl VI 31. — **250**. *ordinē* : vide ad 52. — **252—254**. Servius Danielis ad Verg Aen II 797. — **253**. fortasse *strenuei*. — **255**. Caesius 266. 1 K, Sacerdos 531. 15 K, Victorinus 139. 8 K. — *pulcros crateras*] Caesius : *pulcras creterras* Sacerdos, Victorinus. — **256**. Isidorus Orig XIX 22. 20 P ex coll Haveti (cf Paulus Festi p 42 M), Osbernus Panorm p 116. — *puram pulcramque*] scripsi : *pulcramque* Isidorus : *puram* Osbernus; cf Goetz Melet Fest p V. — **257—259**. Servius Danielis ad Verg Aen III 10. — *Troiad*] G Hermannus : *Troiade*. — **260—262**. Priscianus I 352. 3 H. — *pietati*] BHLKr : *pietate* RDGU; cf ad v 52. — **263**. Varro l l VII 51.

264. sūmme deūm regnātor,   quianām genus īsti
265. ínerant sīgna exprēssa,   quō modō Titāni
bicōrporēs Gigāntes   magnīque Atlāntes,
Rhūncus ātque Pōrpúreus   fīliī Tērras
268. sīlvicolāe homōnes   bellīque inērtes
269. blande ēt doctē percōntat   Aenēa quō pācto
Trōiam urbēm liquīsset   . . . .
271. ⟨man⟩*ū*sque sūsum ad cāelum   sūstulīt suās
rē*x* Amūl*i*ūs,   grātulābātur dīvis
273. rēs divās edīcit,   praedīcit cāstus
274. prīma incēdit Cérerīs   puēr Prosērpină
275. cum tū arquítenens   sagīttis pōllēns deă
276. . . . . . dein pōllens   sagīttis, īnclutūs
ārquitenēns sanctūsque,   *Delī prognātus Pȳthiūs
Apōllo . . . .
278. scōpas ātque vērbēnas   sāgmina sūmpsērunt
279. Mārcus Váleriūs cōnsul   pārtem exērcitī
in ēxpedītiōnem   dūcit . . . .
281. símul atrōcia prōịcerēnt   ēxta minīstratōres
282. transīt Melitām Romānus,   īnsulam īntegrăm,
urīt populātur vāstat,   rem hōstiūm concīnnat
284. . . . . . vicīssātim   volvī victōriăm

---

264. Festus p 257 M. — truncatam et ambiguam sententiam vel sic licet supplere et interpretari: *quianām genus īsti* | ⟨*me pērditūm tuūm?*⟩, vel hoc modo: *quianām genūs sīsti* (i. e. sivisti) | ⟨*mala hāec tuūm subīre?*⟩. — **265—267.** Priscianus I 198. 16 H; cf Vers Ital p 100. — **268.** Macrobius Sat VI 5. 9. — *homones*] : *homines.* — **269—270.** Nonius 335. 3 et 474. 8. — *liquisset*] Merula : *reliquisset* codd Nonii p 474 : *liquerit* p 335. — **271—272.** Nonius 116. 34. — *manusque*] Merula : *isque.* — *rex*] Stephanus : *res.* — *Amulius*] quidam ap Bentin : *Amullus.* — **273.** Nonius 197. 16. — **274.** Priscianus 232. 5 H. — *puer Proserpina*] L : *Pros. puer* ARDGKHU falso, nisi pronuntiandum est *Proserpna*; cf *Prosepnais* in speculo Cosano CIL I 57 (de quo Cholodniak m rh XLII 487). — **275** et **276—277.** Macrobius Sat VI 5. 8. — **277.** *Deli*] : *Delphis.* — *Deli prognatus* poeticum = Deli natus; cf Catullus LXIV 1 Peliaco *prognatae* vertice pinus. — **278.** Paulus Festi p 320 M. — **279—280.** Charisius 128. 18 K. — *Marcus*] cod N Charisii : *Manius* Merula ex Polybii I 16. — **281.** Nonius 76. 3. — *proicerent*] codices Nonii : *porricerent* Iunius; sed cf ea quae disputavi Vers Ital p 103 sq, et cf Plauti Poenuli v 453—456c et Livii XLI 15 1. 2. — **282—283.** Nonius 90. 26. — *Romanus*] Vahlen : *R. exercitus.* — *integram*, i. e. quae belli clade usque ad id temporis fuerat intacta. — **284.** Nonius p 183. 17.

285. sin īllos dēserānt   fortīssimōs virōs,
magnūm stuprūm pŏplō   fīerī per gēntis;
sēseque ī perīre   māvolūnt ibīdem,
quam cūm stuprō redīre   ād suōs poplāris
289. eăm cārnem vīctōribūs   danūnt . . . . . .
290. virūm prāetor ādvĕnīt,   āuspicāt auspícium
prōsperūm . . . .
291. sēptimūm décimum   annum īlicō sedēnt
292. censēt eō ventūrum   ōbviām Pōenum
293. supērbitēr contēmptim   cōnterīt legiōnes
. . . . īd quoquĕ
294. pacīscunt: mōeniă   sint quāe Lutātiŭm
. . . .
. . . . recōncíliant   captīvos plūrimōs.
296. Síciliēnsēs pacīscit   ōbsidēs ut rēddant
297. . . . . . . capēsset   flammām Volcāni
298. magnāmque domūm decorēmque   ditēm⟨que⟩ vēxerānt
299. onerāriāe onūstae   stabānt in flūstris
300. plerīque omnēs subigūntur   sūb suūm iudícium
301. quod brūti nēc satīs   sardāre queūnt
302. ĕī vĕnīt in mēntem   hominūm fortūnas
303. iamque eius mentēm fortūna   fēcerāt quiētem
304. magnāe metūs tumūltus   pēctora pōssīdit
305. famēs ācer āugēscit   hōstibūs . . . .
306. simul álius àliūnde   rūmitānt intēr se

285—288. Festus p 317 M. — *poplo . . . poplaris*] : *populo . . . popularis*. — 289. Nonius p 97. 19. — 290. Nonius 468. 31. — *advĕnīt*] = *adveneit* Lindsay : *adveniet*. — 291. Nonius 325. 7. — 292. Nonius 267. 21. — 293. Nonius 516. 3. — 294—295. Nonius 474. 17. qui hos versus indistincte et continenter scriptos habet. — 294. *sint*] L^a^A^a^B^a^ : *sin* C^a^. — lacunae manifestae signa addidi. — 296. Nonius 474. 21. — 297. Festus p 352 M. — 298. Priscianus I 235. 23 H. — *ditemque*] : *ditem*. — 299. Isidorus de natura rerum XLIV Beck., ex Suetonii Prato p 243 Reiff. — 300. Donatus ad Terentii Andr I 1. 28. — *sub suum*] ed princ : *sub unum* cod Par 7920. — 301. Paulus Festi p 323 M (cf Festus p 322 M et Varro l l VII § 108). — *nec satis* = non satis, ut XII tabb *nec escit* = non erit, Plautus et Turpilius *nec recte* = non recte, item composita *nec-legens nec-opinus*; cf Sinnius Capito ap Festum p 162 M, C O Mueller Suppl Festin p 387, Hand Tursellin IV 92. — 302. Priscianus I 199. 3 H. — 303. Priscianus I 243. 1 H. — 304. Nonius 214. 8. — 305. Priscianus I 153. 7 H. — 306. Paulus Festi p 271 M. — *se*] : *sese*.

307. ātque priūs páriet   lucūsta lūcām bovĕm
308. quianām Satūrniūm   populūm pepulīsti?

309. ūt novūm cribrūm novō   paxīllo pēndeăt
310. »quia plūs«, inquīt, »merēre   dēbet īn quost vīrtus«
311. primum īste quī merēt   sestērtiōs vicēnos
. . . .   ⊥ novōs marītus
312. tacítulus tāxim uxōris   sōlvebāt cingīllum
313. vīlicō quod *nūnc* satīs   si vīx putānt lāutum
314. . . . . Māniūs   māne sūscităt,
rostrūm su*b* rōstra āffert,   populum īn forūm condūcit
316. ādde hydrām Lernāeam   ēt dracōnem Hespéridum,
quod bēstiāe fuērunt   immānes ⊥–
318. . . . .   ⟨iam⟩ vēntus būccas
vehemĕntiūs sufflāre,   et cālcar ādmovēre,
quōcunque īre vēllēmus,   ōbviūs flāre.
321. ubi cōrporī aĕrĭnas   cōmpedēs impósitas
videō ⏑⊥ ⏑⊥–   . . . .
322. procēlla frīgidā   a*n*te ōbruāt celōcem
323. sēd tibī fortāsse   áliŭ(*s*) mólit et dēpsit
324. tunc nūptiāe vidēbant   ōstreām Lucrīnam
325. nunc quīs patrēm decem ānnōrum   nātŭ(*s*) nōn modo āufert,
sed tōllit nísi venēno?   . . . .
327. ubi tūm comítia habēbant,   ibi nūnc fīt mercātus
. . . . hódie,
328. si pōssumŭ(*s*) quōd debēmus   populo īn forō médio
lucī clarō decóquere   . . . .

---

307. Varro l l VII § 39. — *atque*] : *atquae* F : *atquei* Baehrens. — *lucusta*] Groth : *lucustam* F. — **308.** Festus p 257 M: »apud . . Naevium . . in Satyra: *Quianam S. p. p.*«.

309—332. M. Terentii Varronis Saturnii de Saturis Menippeis. — **309.** Nonius 153. 7. — **310.** Nonius 344. 28. — **311.** Nonius 345. 8. — **312.** Nonius 47. 21. — **313.** Nonius 337. 16. — *nunc*] Vahlen : *hanc*. — **314—315.** Nonius 274. 18. — *sub*] : *sum*. — **316—317.** Nonius 323. 25. — *quod* = *quot*. — versus 317 plenus erit, si addideris spondeum, ut *immānes* ⟨*ōlim*⟩. — **318—319.** Nonius 451. 26. — **320—321.** Nonius 28. 13. — versus 318—321 videntur fuisse unius loci sententiarumque perpetuitate coniuncti. — **322.** Nonius 533. 8. — *ante*] Popma : *arte*. — **323.** Nonius 99. 13. — **324.** Nonius 216. 17. — *ostream*] vulgo ex lemmate atque ex ceteris exemplis : *ostrinam*. — **325—326.** Nonius 407. 10 et 422. 20. — **327.** Nonius 212. 26 et 431. 15. — **328—329.** Nonius 210. 15.

330. aliāe mĭtrām ricīnam, āut mĭtrām Melitēnsem
331. ebūrneīs lēctis ēt plăgīs sigīllātis
332. legēndo autem ēt scribēndo vitām procūditō.

333. Immōrtalēs mortāles sī forēt fas flēre,
flerēnt divāe Camēnae Nāeviūm poētam.
ítaque pōst quamst Ōrco trāditūs thesāuro,
ōblitī sunt Rōmae loquiēr linguā Latīna.

---

330. Nonius 539. 29. — **331.** Nonius 378. 10. — **332.** Nonius 156. 26.

333—336. Epigramma Naevii quod dicitur. Gellius I 24. 2. — **335.** *Orco*] = *orcho* codd meliores : *orchio* ς : *orchino* Carrio : *orchi* Minucianus : *orco tr. thesaurus* Baehrens senior. sed *Orco traditus thesauro* recte se habet; *Orco* est enim dativus commodi, *thesauro* est dativus finalis vel termini in quem: *traditus thesauro* = *tr. in thesaurum*, ut Seneca Tro 1109 »quis tuos artus leget *tumuloque tradet*?» sententia igitur haec fere est: traditus in Orci thesaurum; cf Plautus Mo 406 »in tuam custodelam meque et spes meas trado».

Et hoc Naevii epigramma et epigramma Pacuvii, quod est apud Gellium ibid § 4, sumptum esse ex M Varronis primo libro de poetis Romanis, veri simile est. nam, quod epigramma Plauti in eodem capite § 3 est apud Gellium, id Gellius ipse scribit esse sumptum ex Varronis illo libro, et tamen idem Gellius, et hoc epigramma Naevii ab Naevio, et illud Plauti a Plauto scriptum esse, stulte opinatur. quare Ribbeck *Gesch. d. röm. Dichtung* I² p 26 non improbabilem coniecturam facit, hoc Naevii epigramma scriptum esse a M Varrone aut ab Lampadione. quod si scriptum est ab Lampadione, certe Varro id in suum librum illum videtur recepisse.

APPENDIX.

Versiculi proverbiales monocoli.

Quorum qui ex libris poetarum sumpti sint, qui non sint, non iam dignosci potest; quia quaedam cola Saturnia quibusdam colis septenariorum et octonariorum scenicorum paria sunt. quamobrem, quia non iam licet haec ab illis quasi cribro discernere, consentaneum est omnia huc ea conferri promiscue. nam certe, si non omnia, at pleraque eorum formis domesticae (i. e. Saturniae) versificationis veteribus infusa sunt.

1. **Mi**nōris quām muscāe sumus.
2. Ubīque médius cāelus ēst.
3. Tardūmst diffērre quōd placĕt.
4. Non tūrpest quōd dominūs iubĕt.
5. Longē fŭgīt qui suōs fŭgit.
6. Porta ítinerī longīssimāst.
7. A lāsso rīxa quāeritŭr.
8. Fortūna habēt longās manūs.
9. Summūm ius sūmma iniūriă.
10. Multīs egēt qui mūlta habĕt.
11. Senēctus īpsa mōrbus ēst.
12. Usūs magīster ōptumŭs.

1—14. quaternarii iambici acatalecti. — **1.** Petronius c 42 p 28. 9 B. — **2.** Petronius c 45 p 30. 8 B. — **3.** Petronius c 10 p 11. 15 B. — **4.** Petronius c 75 p 51. 23 B. — **5.** Varro Saturae hoc nomen dedit: p 155 R = p 188 B³. — Nonius 204. 22. — cf Petronius c 43 p 28. 33 B. — **6.** Varro r r I 2. 2. — **7.** Seneca de Ira III 9. 5: »Vetus dictum est: *A lasso rixam quaeri*«. — **8.** Seneca ep 82. 5: »non *habet*, ut putamus, *f. l. m.*« — **9.** Cicero de Off I 10. 33: »illud *Summum ius summa iniuria* factum est iam tritum sermone proverbium«. — **10.** Gellius IX 8. 1: »sapientes viri dixere: *Multis egere q. m. habeat*«. — **11.** Schol ad Persii II 41, unde dictum est: *S. i. m. e.*« — (quod Terentius Phorm 575 *senectus ipsast morbus*, mutata metri causa collocatione verborum.) — **12.** Cicero pro Rabirio Po 9: »*U. m.* est *o.*« — cf Phaedr III 3. 1, Caes b c II 8. 3.

13. Minimō me dígito prōvocăt.
14. Abīstis dūlces cāricāe.

15. Nescīs quid vēsper sēru' vehăt.
16. Non sēmper Sāturnālia erūnt.

17. Āssĕm hábeas, āssem váleas.
18. Ūtres īnflati āmbulāmus.
19. Pópulo et scāenae sērviēndum est.
20. Scélera nōn habēnt consílium.
21. Bēlla rēs est vōlpes ūda.
22. Cōnsciēntia mīlle tēstes.
23. Quālis dóminus, tālis sērvus.
24. Nīl decet īnvitā Minērva.
25. Frānge lūnam et fāc fortūnam.
26. Mēndacēm memorem ēsse opōrtet.
27. Príus antídotum quām venēnum.

28. Cólubra rēstem nōn parīt.
29. Séquitur vāra vībiăm.
30. Dī faciēntes ādiuvānt.
31. Frōns occípitiō priŏr.

---

13. Porphyrio ad Hor S I 4. 14: »Sensus ex proverbiali consuetudine ductus. solemus namque dicere: *Minimo me dig. pr.*« — 14. Petronius c 64 p 42. 32 B.

15—16. quaternarii anapaestici acatalecti. — 15. Gellius XIII 11. 1: »liber M Varronis ... qui inscribitur: *Nescis q. v. s. v.*« — cf Macrobius I 7. 12. — 16. Seneca apocol c 12 p 234. 8 B³.

17—27. quaternarii trochaici acatalecti. — 17. Petronius c 77 p 52. 26 B. — 18. Petronius c 42 p 28. 9 B. — 19. Cicero ad Brut I 9. 12 »*Populo et sc.*, ut dicitur, *serv. e.*« — cf Hor S II 1. 71. — 20. Quintilianus VII 2. 44: »vulgo dicitur *Scelera n. habere c.*« — 21. Petronius c 58 p 39. 11 B. — 22. Quintilianus V 11. 41: »ea ... quae vulgo recepta sunt, ... quale est ...: *Conscientia m. t.*« — 23. Petronius c 58 p 38. 29 B: »*q. d., t.* et *s.*« — 24. Cicero de off I 110: »*Nihil d. i. M.*, ut aiunt«. — 25. Augustinus de disc Chr 8. 9. — 26. Quintilianus IV 2. 91 »Verumque est illud quod vulgo dicitur *Mendacem memorem esse oportere*«. — 27. Hieronymus adv Rufin II 34 p 455 C Migne (528 V): »proverbium *Prius a. q. v.*«

28—40. quaternarii trochaici catalectici. — 28. Petronius c 45 p 30. 26 B. — 29. Ausonius p 158 P (XXVII 4. 1 Sch): »ut in vetere proverbio est *Sequitur v. v.*« — 30. Varro r r I 1. 4: »ut aiunt, *Di f. a.*« — 31. Cato de agr c cap 4: »*f. o. p.* est«. — cf Plinius n h XVIII 5. 31.

32. Mūtuūm mulī scabūnt.
33. Vāpulā Papīriă.
34. Mūlti Māni Arīciāe.
35. Cíto fit quōd dĕī volūnt.
36. Quōd dubitēs ne fēcerīs.
37. Sāt citō si sāt benĕ.
38. Síne fuco ēt fallāciīs.
39. Ēn cum quo īn tenebrīs micēs.
40. Pāene plāustrum pērculĭt.

---

41. **H**ominēs sumūs, nōn dĕī.

---

42. **S**óciorum ōlla màle fērvet.
43. Nēmo nōstrum nōn pēccat.
44. Tōllat tē qui nōn nōvit.
45. Āuribūs lupūm téneo.

---

46. **R**omānu' sedēndo vīncit.
47. Ubi cáput, et cētera mēmbra.
48. Aegrōto dum ánimast, spēs est.
49. Iucūndi actī labōres.
50. Ōmnia tēmpŭ(*s*) revēlat.

---

32. Varro ap Nonium 115. 19 saturam sic inscriptam habet (p 172 R = 195 B); cf Ausonius p 158. 9 P. — **33.** Festus p 372 M (ex libro Sinnii Capitonis): »*Vap. Pap.* in proverbio fuit antiquis«. — **34.** Festus p 145 M ex libro Sinnii): »proverbium *M. M. A.*« — **35.** Petronius c 76 p 51. 39 B. — **36.** Plinius ep I 18. 5 »illud cautissimi cuiusque praeceptum: *Quod dubites ne f.*« — **37.** M Cato apud Hieronymum ep 66. 9. — **38.** Cicero ad Att I 1. 1. — **39.** Fronto 13 N: »proverbium *En cum q. in t. m.*« — cf Cicero de off III 77; de fin II 52. — **40.** Donatus ad Ter Eun 379: »proverbium *Paene p. p.*« — cf Festus p 230 M, Plautus Epid 592.

41. quaternarius iambicus contractus. — Petronius c 75 p 50. 40 B.

42—45. quaternarii trochaici contracti. — **42.** Petronius c 38 p 25. 33 B. — **43.** Petronius c 75 p 50. 40 B. — **44.** Quintilianus VI 3. 96–8: »adiuvant urbanitatem ... proverbia ..., ut ... *Tollat te qui n. n.*« — cf Horatius ep I 17. 58. — **45.** Varro l l VII 31 »adagio ... id est quod παροιμίαν vocant Graeci, ut est *Auribus l. t.*«

46—51. paroemiaci. — **46.** Varro r r I 2. 2: »vetus proverbium, quod est *Romanus s. v.*« — **47.** Augustinus in Ps 29, XXXVI p 223 M: »proverbium est antiquum et verum *Ubi caput et c. m.*« — **48.** Cicero ad Att IX 10. 3: »*Aegroto dum a. est spes esse* dicitur«. — **49.** Cicero de fin II 105: »proverbia nonnulla veriora ... vulgo enim dicitur *Iucundi a. l.*« — **50.** Tertullianus apol c 7 p 362 A Migne (310—311 V): »*Omnia t. r.*, testibus etiam vestris proverbiis«.

51. Ségetem nē defrūdes.

---

52. **C**anīs canīnam nōn est.
53. Malo émere quām rogāre.
54. Fulmēnta lēctum scāndunt.
55. Nudūm latrō transmīttit.
56. Piscēs natāre opōrtet.
57. Non cōntis nēc remūlco.

---

58. **N**ōn tibi hōc sōli.
59. Sérere nē dúbites.
60. Ēst homō būlla.

---

51. Plinius n h XVIII § 200: »oraculum illud ... *Segetem ne d.*» — idem fere Cato de agric c 5. 4. — paroemiaci 50 et 51 carent »anacrusi»; quam eandem varietatem Graecorum esse proverbiorum, exempla sunt multa Vers Ital pp CLXXXIV—CXCVI.

52—57. dimetri iambici catalectici. — **52.** Varro l l VII § 31: »adagio ..., quod παροιμίαν vocant Graeci, ut est ... *Canis c. non est*». — **53.** Cicero in Verrem IV § 12: »Cupidinem Praxitelis HS MDC! profecto hinc natum est *Malo emere q. r.*» — **54.** Nonius p 206. 26: »Fulmentum neutro, ut est in proverbio veteri, quo utitur Varro saepius, *Fulmenta l. sc.*» — **55.** Seneca ep 14. 9. — **56.** Petronius c 39 p 26. 6 B. — **57.** Ammianus XVIII 5. 6: »*Non contis nec r.*, ut aiunt, id est non flexiloquis ambagibus.

58—60. dimetri iambici contracti. — **58.** Cicero Tusc III 79: »illa ... consolatio ... et usitata est et saepe prodest *Non tibi hoc soli*». — **59.** Columella XI 1. 29: »Vulgare illud de arborum positione rusticis usurpatum *Serere ne dubites*». — **60.** Varro r r I 1. 1: »ut dicitur, ... *Est homo bulla*».

COMMENTATIO · DE · VERSV · SATVRNIO

Capvt I. De varietate Saturnii.

Bimembris esse plerosque Saturnios binisque constare hemistichiis, inter quae interpositam esse eam diaeresin in qua ancipiti syllabae sit locus, omnes consentiunt[1]. quomodo autem ea hemistichia scandantur, omnes dissentiunt. ego ea scansione utor quod Saturnios eodem modo recito quo cetera carmina aetatis eiusdem. quod ut rite facere possem eram adsecutus eis quae libris illis qui Eurythmia inscripti sunt disputaram. quibus libris comparationem poesis et prosae Latinae ab antiquissimis temporibus ad aetatem Constantini complexus sum, et exposui quae fuerint leges rythmicae sermonis Latini propriae et quasi innatae. quae tunc inventa erant, ea nunc adhibui ad cognitionem numeri Saturnii; et capite proximo huius commentationis, cum Plautinis numeris numeros Saturnios comparans, longiore disputatione hanc meam scansionem Saturnii comprobavi. cuius de versificatione Italica disputationis haec summast:

1) pares pariter structi sunt numeri plerique Saturnii atque Plautini;

2) Saturnii igitur numeri eodem modo quo pares numeri graecanici latinorum scenicorum sunt efferendi;

3) fuit enim versificatio Italica, quae ab Saturniis translata est ad priscam poesin graecanicam latinorum scenicorum.

Hac igitur usus ratione scandendi Saturnios, eam inveni hemistichii Saturnii varietatem quam nunc breviter exponam, per sua genera dispositam.

Quorum generum cum longe plurima sint dimetra, aliquot ternaria, pauca quinaria: a dimetro hic ordiamur[2].

---

[1] Ex omnibus Saturniis, quot superant, unus caret diaeresi 11. *qúquĕi huc dédĕrunt īnperā|tōribūs sūmeis.*

[2] Item in Graecorum poesi lyrica antiquiore dimetrorum usus est multus ac multiformis.

Ac primum in examen veniant dimetra acatalecta vel octosyllaba. quae constant binis quadrisyllabis. quod utrumque quadrisyllabum cum par sit iambicae dipodiae, varias formas has induit: ⏑–́⏑–́, –́⏑–́⏑, –́⏑⏑–́, ⏑–́–́⏑.

haec est igitur coli acatalecti Saturnii dimetri varietas:

⏑–́⏑–́ | ⏑–́⏑–́ 91a non fúeram, nōn sum, nēsciō 98b 124a Cozēvi adorīeso ōmniă 131 dolō malō tum illō diē 157a vetūs novōm vinūm bibō 171 hanc pēstem pēstilēntiăm 189a corcīllumst quód hominēs facĭt 190a in álio pēduclūm vidēs 192a quod hódie nōn est crās erĭt 194a amīci mōres nōverīs 197a generōsiōris ārborĭs 277b Delī prognātus Pȳthiŭs 212a mea púera quīd verbi ēx tuō — item appendicis proverbia monocola 1—14 pag 19—20.

–́⏑–́⏑ | –́⏑–́⏑ 2b sīns incūrrere īnpleōris 8a ópiparum ād veitām quolūndam 67a ⟨quōius īng⟩eniūm declārat 128a quōd tibēi cŭnēīs dehīscunt 198a pōsteā nolī rogāre 134b quānto mágĭ(s) potēs pollēsque. — item appendicis proverbia monocola 17—27 pag 20.

⏑–́⏑–́ | –́⏑–́⏑ 123b divōm deō sūpplicānte 157b veterī novō mōrbo médeor 159 resēda mōrbīs resēda.

⏑–́⏑–́ | ⏑–́–́⏑ 168 sine dēntibūs comēdērunt 325a nunc quīs patrēm decem ānnōrum 198b quod īmpetrāre nōlúeris.

–́⏑⏑–́ | ⏑–́⏑–́ 10a gōndecorānt sai⟨pī⟩sumē 110a Pōntia Prīma heic ēst sită 189b cētera quīsquilia ōmniă.

–́⏑⏑–́ | ⏑–́–́⏑ 2a nēve luē[m] ruē[m] Mārmar 85a dīvitiās [h]abēs: frúere.

his simili Graecorum dimetra sunt varietate. de qua re Aristides Quintilianus Περὶ μουσικῆς I c 16, auctore Aristoxeno, disserit. is ibi octosyllabi iambici genera scribit haec esse: »Ἐν δὲ τῷ ἰαμβικῷ γένει ἁπλοῖ μὲν πίπτουσιν οἵδε ῥυθμοί· ἴαμβος . . ., τροχαῖος . . .· σύνθετοι δὲ οἱ κατὰ συζυγίαν, βακχεῖοι δύο, ὧν ὁ μὲν πρότερον ἔχει τὸν ἴαμβον, δεύτερον δὲ τὸν τροχαῖον (i. e. ⏑–́–́⏑), ὁ δὲ ἐναντίως (i. e. –́⏑⏑–́)· κατὰ δὲ περίοδον ιβ̅· τέσσαρες μὲν ἐξ ἑνὸς ἰάμβου καὶ τριῶν τροχαίων· τούτων ὁ μὲν πρῶτον τὸν ἴαμβον ἔχων καλεῖται τροχαῖος ἀπὸ ἰάμβου (⏑–́–́⏑ | –́⏑–́⏑),
ὁ δὲ δεύτερον τροχαῖος ἀπὸ βακχείου (–́⏑⏑–́ | –́⏑–́⏑),
ὁ δὲ τρίτον βακχεῖος ἀπὸ τροχαίου (–́⏑–́⏑ | ⏑–́–́⏑),
ὁ δὲ τέταρτον ἴαμβος ἐπίτριτος (–́⏑–́⏑ | –́⏑⏑–́),
τέσσαρες δὲ ἕνα τροχαῖον, τοὺς δὲ λοιποὺς ἰάμβους ἔχοντες· ὁ μὲν οὖν πρῶτον ἔχων τροχαῖον, τοὺς δὲ λοιποὺς ἰάμβους, καλεῖται ἴαμβος ἀπὸ τροχαίου (–́⏑⏑–́ | ⏑–́⏑–́),
ὁ δὲ δεύτερον ἴαμβος ἀπὸ βακχείου (⏑–́–́⏑ | ⏑–́⏑–́),
ὁ δὲ ⟨τρίτον⟩ βακχεῖος ἀπὸ ἰάμβου (⏑–́⏑–́ | –́⏑⏑–́),
ὁ δὲ τέταρτον τροχαῖος ἐπίτριτος (⏑–́⏑–́ | ⏑–́–́⏑),
τέσσαρες δὲ δύο τροχαίους, ἴσους δὲ ἰάμβους, ἤτοι κατὰ τὸ ἑξῆς κειμένους, ἢ τοὺς μὲν περιέχοντας, τοὺς δὲ περιεχομένους· ὁ μὲν οὖν πρώτους τοὺς ἰάμβους ἔχων, ἑπομένους δὲ τοὺς τροχαίους . . . (⏑–́⏑–́ | –́⏑–́⏑), ὁ δὲ τοὺς τροχαίους προηγουμένους ἔχων, ἑπομένους δὲ τοὺς ἰάμβους . . . (–́⏑–́⏑ | ⏑–́⏑–́), ὁ δὲ περιεχομένους τοὺς ἰάμβους (–́⏑⏑–́ | ⏑–́–́⏑), ὁ δὲ τοὺς τροχαίους (⏑–́–́⏑ | –́⏑⏑–́)«.

nec vero in reliquiis graecae poesis antiquae dimetri genera inveniuntur haec omnia, sed similia permulta. ut Ar Ach 263 Φαλῆς ἑταῖρε Βακχίου (⏑–́⏑–́ | ⏑–́⏑–́), Ar Thesm 665 πανταχῇ δὲ ῥῖψον ὄμμα (–́⏑–́⏑ | –́⏑–́⏑), Eur Bacch 868 ἡνίκ' ἂν φοβερὰν φύγῃ (–́⏑–́⏑ | ⏑–́⏑–́, glyconeus), Eur Iph A 213 ἅμιλλαν δ' ἐπόνει ποδοῖν (⏑–́–́⏑ | ⏑–́⏑–́), Aesch Suppl 97 βίαν δ' οὔτιν' ἐξοπλίζει (⏑–́–́⏑ | –́⏑–́⏓), Ar Vesp 526 νῦν δὴ τὸν ἐκ θἠμετέρου (⏓–́⏑–́ | –́⏑⏑–́), Ar Lys 818 τοὺς πονηροὺς ἄνδρας ἀεί (–́⏑–́⏓ | –́⏑⏑–́), Ar Vesp 541 χρήσιμος ἔστ' οὐδ' ἀκαρῆ (–́⏑⏑–́ | –́⏑⏑–́). ex qua tanta similitudine dimetri Graeci et Saturnii elucet non illud, quod inter antiquos Caesius et fortasse Varro, inter recentiores Macaulay putat, Graecam originem esse Saturnii, sed hoc quidem, in utraque gente originem et primordia dimetri ab summa antiquitate esse repetenda.

Quod idem dici debet non modo de acatalecto, sed etiam de catalectico dimetro. de quo nunc deinceps pauca dicenda sunt.

Cum multo plura quam acatalecta sunt dimetra Saturnia cola catalectica, tum catalecticorum frequentissima sunt **A** et **a**.

A: ex quadrisyllabo et bacchio molossove[1]:

a: hinc primus detractus est semipes, ceteroquin genus **a** generi **A** par est.

multi Saturnii constant priore hemistichio **A**, posteriore **a**; ut 18 fundīt fugāt ⋮ prostērnit | māximās ⋮ legiōnes.

caesura hemistichiorum **A** et **a** est inter dipodias, id est ante posterius trisyllabum [1].

hemistichiorum **A** et **a** terna sunt genera: unum anapaesticum, alterum mixtum, tertium, quod est longe frequentissimum, iambicum.

1. **A** anapaesticum, id est dimetrum anapaesticum catalecticum vel paroemiacus anapaesticus: ⏕–́⏕–́ ⋮ ⏕–́–. huius generis haec sunt:

19a duellō magnō ⋮ dirimēndo 26a decumā factā ⋮ polōucta 35a et 41a consōl censōr ⋮ aidīlis 55a annōs gnatūs ⋮ vigīnti 57a hoc ēst factūm ⋮ monumēntum 258a noctū Troiād ⋮ exībant 259a flentēs ambāe ⋮ abeūntes

[1] Hic semel moneo, me in hac commentatione, cum dico heptasyllabum, hexasyllabum, pentasyllabum, quadrisyllabum, trisyllabum, ea ita dicere cola et commata, ut in eodem, quo prototypa, numero ponam illa in quibus par rythmus soluta arsi thesive variatur. itaque *ductu āuspicio īmperiōque* et *consōl censōr aidīlis*, si non specie, at re paria sunt cola: – –́⏑⏑–́⏑⏑–́ – = – –́ – –́ – –́ –; hoc igitur est heptasyllabum, illud pro heptasyllabo, ut fungatur vice heptasyllabi; quare utrumque duco generis heptasyllabi. eademque ratione cetera.

147a hostēsque poplī Romāni 269a blande et doctē ⁝ percōntat 282a transīt Melitām ⁝ Romānus 118a ego mī aps tē ⁝ sperāba 300a plerīque omnēs ⁝ subigūntur 329a lucī clarō ⁝ decóquere 333a immōrtalēs ⁝ mortāles 179a occūrsatrīx ⁝ artíficum 231a me cārpentō ⁝ vehemēntem 303a iamque eius mentēm ⁝ fortūna 328a si pōssumŭ(s) quōd ⁝ debēmus 298a magnāmque domūm ⁝ decorēmque 72a matēr mea míhe ⁝ monumēntum 74 bene sīt tibĭ quī ⁝ iacĭs īntus 173a has tōles hās ⁝ tosīllas.

est ut caesura lateat vel in iunctura praepositionis et nominis verbive: 113a monumēntum prō ⁝ re māgnum 166 pastōres te īn⁝venērunt 167a sine mánibus cōl⁝legērunt;

vel in synaloepha: 237a nexābant mūlta intērse 84a hic mōres hóminum et vīta.

interdum deest caesura: 283a urīt populātur vāstat 13a ductu āuspicio īmperiōque 60a est hōc monumēntum Mārci 79 hoc ēst monumēntum nōstrum 109a ita tíbi contīngat quōd vis 181a veterēs Casmēnas cāscam 227a iām in āltum expūlsa līntre 237b flexū nodōrum dúbio. — item appendicis proverbia 46—48 (pag 21).

quaecunque sunt anapaestica generis A, ea sunt hemistichia priora aut monocola, praeter unum 237b, quod hemistichium est posterius.

2. **A** mixtum (vel paroemiacum mixtum) esse dico, sive anapaesticam dipodiam excipit iambus bacchii: 5 enōs Mamōr ⁝ iuvāto 14b Romām rediēit ⁝ triūmphans 142a divī quorūmst ⁝ potēstas 176b de istīs membrīs ⁝ medūllis 252a eorūm sectām ⁝ sequōntur 310a quia plūs, inquīt, ⁝ merēre 334a flerēnt divāe ⁝ Camēnae 336b loquiēr linguā ⁝ Latīna app prov 49 (pag 21) iucūndi actī ⁝ labōres — 81a famāque bona ēxs⁝itūque 103a qui hic mīxerit āut ⁝ cacārit;

sive dimetro ceteroquin iambico insertus est talis dactylus qualem non licet esse in ordine vere iambico: 45b ut ēssent ōmnia brévia item 81a 103a.

3. **A** iambicum: dimetrum iambicum catalecticum. eius sunt generis cola permulta: 3b limēnsalī ⁝ sta bērber 32b cosēntiōnt R⟨omāne⟩ 42a Taurāsiām ⁝ Cisāunam 73a desīderāt ⁝ vehemēnter 84b laudābilīs ⁝ probātur 147b Quirītiūm ⁝ terrōre 148a formīdinē ⁝ mortēque 214a argēnteō ⁝ polūbro 266a bicōrporēs ⁝ Gigāntes 293a supērbitēr ⁝ contēmptim 299a onerāriāe ⁝ onūstae 311b sestērtiōs ⁝ vicēnos 319a vehemēntiūs ⁝ sufflāre — 1 enōs Lasēs ⁝ iuvāte 18a fundīt fugāt ⁝ prostērnit 25a parēns timēns ⁝ heic vōvit 29b ⟨Di⟩tī Diovē ⁝ dedē⟨re⟩ 145a uti pŏplō ⁝ Romāno 180a dabūnt malūm ⁝ Metēlli 201b numquām patēr ⁝ famílias 211a virūm mihī ⁝ Camēna 218a matrēm ⟨procī⟩ ⁝ procitum 222a quandō diēs ⁝ advéniet 230a ibī manēns ⁝ sedēto 234b virēs cūi ⁝ sunt māgnae 235a topper ⟨virūm⟩ ⁝ confringent 240a topper citi ⁝ ad aedis 263a patrēm suūm ⁝ suprēmum 248a novem Iovis ⁝ concórdes 254a

ubī forās ⁝ cŭmāuro 288a quam cūm stuprō ⁝ redīre 292a censēt eō ⁝ ventūrum 302a ĕī venīt ⁝ in mentem 304a magnāe metūs ⁝ tumūltus appendicis proverbium 55 (pag 22) nudum latrō ⁝ transmittit — 116a bene sīt tibī ⁝ viātor 117b diŭ vīvite ēt ⁝ venīte 126a duonŭ(*s*) cerus es, ⁝ duonŭ(*s*) Iānus 136b utĭ sīs volens ⁝ propítius 59a bene rēm gerās ⁝ et váleas 144b veniām petō ⁝ ferōque 163b tibĭ vīnum prāe ⁝ parābo 183a inimīcŭ(*s*) sīs ⁝ commēntus 315b populum īn forūm ⁝ condūcit 321a ubĭ cōrporī ⁝ aérīnas 330a aliāe mĭtrām ⁝ ricīnam — 319b et cālcar ād⁝movēre 54a is hīc sitūs ⁝ quei nūmquam 193 et frīgidūm ⁝ potāre 317a quod bēstiāe ⁝ fuērunt 322b a*n*te ōbruāt ⁝ celōcem 324a tunc nūptiāe ⁝ vidēbant 203a nec múlierī ⁝ nec grémio 24a quod rē suā ⁝ d⟨if⟩ēidens 205a qui cūm loquī ⁝ non pōsset 109b ut hōc sacrūm ⁝ non víoles 119b et cūm volēs ⁝ venīto 104 et īnferōs ⁝ irātos 107a deis īnferūm ⁝ parēntum 108a ne tāngito ō ⁝ mortālis 115b et ōficēis ⁝ monumēntum 205a qui cūm loquī ⁝ non pōsset — 132b Romānum sīc ⁝ ferīto 228b cor frīxit prāe ⁝ pavōre 332a legēndo aut ēt ⁝ scribēndo app prov 57 (pag 22) non cōntis nēc ⁝ remūlco app prov 53 (pag 22) malo émere quām ⁝ rogāre 246a vinūmque quōd ⁝ libābant 326 sed tōllit nísi ⁝ venēno 98a lanífica pía ⁝ pudīca 134a tantōque mágĭ(*s*) ⁝ ferīto 206a delígere ⟨tēd⟩ ⁝ opōrtet 164b discēdĕ ā ⁝ nonnīta 15 ob hāsce rēs ⁝ bene gēstas 174 hunc pānŭm hās ⁝ panūclas 175a hanc strūmām, hānc ⁝ strumēllam.

interdum caesura latet in synaloepha: 7b acīptum aetātei agēd⟨ai⟩ 241a simūl duona ⟨dōna⟩ e*sc*ārum 256a purām pulcrāmque ex āuro 271a ⟨man⟩ūsque sūsum ad cāelum 312a tacítulus tāxim uxōris 327a ubi tūm comítia habēbant app prov 56 (pag 22) piscēs natāre opōrtet.

his tam paucis deest caesura: 280a in expedītiōnem 92a Aemília Prīma sālve 96a precōr si qui ēstis Mānes 100a equēs sepūltus hīc sum 112a quom Quīnto Cāepiōne 114a inīqua fāta quāe nos 116b qui mē non prāeterīsti 184a qui*s* ánimi compote ēsse 191a unīus pécudis scábies 204b aedēs non sōmniātur app prov 52 et 54 (pag 22). quae sunt vel elogiorum vel sententiarum, praeter unum Naevii 280a, quod excusatur voce polysyllaba.

Ut in octosyllabis, de quibus p 24 egimus, item in hoc genere **A** est quaedam quadrisyllabi varietas: ⏑–́⏑–́, –́⏑⏑–́, –́⏓–́⏑. nunc igitur, quoniam enumeravimus ea hemistichia quorum pars prior est ex diiambo, restat ut enumeremus illa quorum ex choriambo aut ditrochaeo. quae non multa sunt. quae divisa sunt solemni illa incisione inter dipodias, id est inter quadrisyllabum et trisyllabum, interposita.

4. **A** ex choriambo et bacchio molossove: –́⏑⏑–́ ¦ ⏓–́–

117a vōs superī, ⁝ bene fácite 162b nēc *n*egitō ⁝ cantōrem 170a sī hodiē ⁝ creāta 56b quēi minŭ(*s*) sīt ⁝ mand⟨āt⟩us 70b ēripere īn⁝matūrum 72b me hēice sit īn⁝matūre 114b tām citŏ dīs⁝iunxērunt 216a tūque mihī ⁝ narrāto 225a sāncta puēr ⁝ Satūrni 245a īnque manūm ⁝ surēmit 253a

mūlti aliī ⁝ e Trōia 264a sūmme deūm ⁝ regnātor 268a sīlvicolāe ⁝ homōnes 277a ārquitenēns ⁝ sanctūsque. — carent incisione haec duo: 20a Iūppiter ātque dīvi 281b ēxta minīstratōres.

5. **A** ex epitrito quarto et bacchio: ⏗‒⏗⏑ | ⏑⏗‒

56a nē quairātis ⁝ honōre 44a quei ápiceᵐ insīgne ⁝ Diālis 185a nē quid frāudĭ(*s*) ⁝ stuprīque 238a nām divīna ⁝ Monētas.

Haec est varietas coli **A**. cuius his generibus Saturniis Graeca quaedam sunt similia. ut ⏗‒⏗⏑ | ⏑⏗‒ Eur Bacch 575 καλλίστοισι λιπαίνεν (Pherecrateus), ⏗⏑⏑⏗ | ⏑⏗‒ Eur El 710 ὀψόμενοι τυράννων. et ipsi paroemiaci Graeci, ut haec Latina cola **A**, sunt partim mixti, partim anapaestici, partim iambici. itaque paroemiacis mixtis et iambicis promiscue Euripides usus est, quemadmodum utriusque generis cola promiscue usurparunt poetae Saturnii. Eur Her 810—814 ἦ δυσγένει' ἀνάκτων, | ἃ νῦν ἐσορᾶν ἔφᾱνε | ξιφηφόρων ἐς ἀγώνων | ἅμιλλαν, εἰ τὸ δίκαιον | θεοῖς ἔτ' ἀρέσκει. ubi ordinem paroemiacorum concludit prosodiacum catalecticum, quod idem colon saepe Saturnio paroemiaco addi solet. et anapaestico paroemiaco paroemiacum iambicum adiunxit Alcman 63 (123) H-C Ῥίπας ὄρος ἀνθέον ὕλᾳ, | νυκτὸς μελαίνας στέρν⟨ον⟩. atque anapaesticus paroemiacus, ut Saturniorum, sic Graecorum iam est totus ex anapaestis, iam totus ex spondeis, iam ex spondeis et anapaestis. ut spondiacus apud Euripidem Ione 144 ἀλλ' ἐκπαύσω ⁝ γὰρ μόχθους, quod est simillimum quibusdam Saturniis hemistichiis, ut 35a et 41a *consōl censōr* ⁝ *aidilis*. ex spondeis et anapaestis paroemiaci apud Tyrtaeum 13 (11). 1–3 ἄγετ' ὦ Σπάρτας εὐάνδρω | κῶροι πατέρων πολιατᾶν, | λαιᾷ μὲν ἴτυν προβάλεσθε, et cetera. quibus quam similia sint multa hemistichia Saturnia, nemo non videt.

Iam si primum paroemiaci vel coli **A** semipedem detraxeris, erit illud colon frequentissimum, quod **a** littera minuscula denotamus. quod saepe ita adiunctum est colo **A**, ut **A** sit prius, **a** posterius hemistichium. itaque anapaestico hemistichio **A** hemistichium **a** dactylici generis additum est 13 ductu āuspicio īmperiōque | ēius Achāĭa căpta, cui versui simillimus est apud Euripidem Alc 439 ἴστω δ' Ἀίδας ὁ μελαγχαί|τας θεὸς ὅς τ' ἐπὶ κώπᾳ. item dactylici generis est app prov 50 (pag 21) ŏmnia tēmpŭ(*s*) revēlat. paullo aliter 62b fēmina ŏpituma vēixsit. quodsi de illo colo **A**, quod est ex dispondeo et bacchio molossove, primum semipedem detraxeris, restat colon **a** ex molossis aut ex molosso bacchioque. quod inciditur inter

molossos aut inter molossum bacchiumque: –́ – –́ | ⏒ –́ –. eius generis sunt haec cola Saturnia:

1. –́ – –́ | ⏑ –́ –: 12a útĕi sesēd ⁝ lubēntis 20b ōmnes hōc ⁝ dedērunt 35b hīc fuēt ⁝ a⟨pūd vos⟩ 41b quēi fuīt ⁝ apūd vos 71a quōius mōrtem acēr⟨bam⟩ 105 rógo te mī ⁝ viātor: | nōli mī ⁝ nocēre 188a réligentem ēsse opōrtet 228a ígitur dēmum Ulīxi 239a tōpper fácit ⁝ homōnes 223a ātque escās ⁝ habēmus 224 pārtim errānt ⁝ nequīnont 287a sēseque ī ⁝ perīre. — caesura carent 113b 142b 145b.

2. –́ – –́ | – –́ –: 4a Sēmunīs ⁝ altērnei 39a Gnāivod pátre ⁝ prognātus 52a āetatē ⁝ quom pārva 77 hāec est dómus ⁝ aetērna 80 hēis sunt dúo ⁝ concōrdes 242b. *vīni* isdem īn⁝serinūntur 249b īn templō ⁝ Anchīsa 265a 270 Trōiam urbēm ⁝ liquīsset 273a rēs divās ⁝ edīcit 312b sōlvebāt ⁝ cingīllum 316a ādde hydrām ⁝ Lernāeam. — sine caesura: 106a rógo per sūperos qui ēstis 232a símul ac lácrimas de ōre 91b ēt tu, ⟨qu⟩āequae dīces 235b īmportūnae ūndae 274a prīma incēdit Céreris.

3. Saepissime vero **a** est ex cretico et bacchio (molossove), id est dimeter iambicus catalecticus primo semipede detracto: –́ ⏑ –́ | ⏒ –́ –. colon **a** iambicum saepe adiunctum est colo **A**, ut **A** sit prius, **a** posterius hemistichium, cuius rei pag 25 et 28 mentionem fecimus. quod idem fit similibus in versibus Graecis, ut Euripides Herc 136 οἴους οἴους ὀλέσασα | τοόσδ' ἀποστερήσῃ, Andr 282 νεανίαν ἔρημόν | θ' ἑστιοῦχον αὐλάν.

caesura legitima Saturnii hemistichii **a** iambici est inter creticum et bacchium: –́ ⏑ –́ | ⏒ –́ –: 4b āvocā ⁝ pit cōnctos 17a Hērculīs ⁝ Victōris 18b māximās ⁝ legiōnes 19b rēgibūs ⁝ subigēndis 26b lēiberēis ⁝ lubētes 34b fīliōs ⁝ Barbāti 38b Scīpiō ⁝ Barbātus 44b flāminīs ⁝ gesīstei 48b glōriām ⁝ maiōrum 50b Pūbliō ⁝ Cornēli 52b pōsidēt ⁝ hoc sāxsum 55b īs l⟨oc⟩ēis ⁝ m⟨an⟩dātus 59b dōrmiās ⁝ sine qūra 60b Vērgilēi ⁝ Eurýsacis 100a pōculī ⁝ minīster 112b prōeliōst ⁝ occīsus 130b pūblicō ⁝ consílio 151 Vīrītēs ⁝ Quirīni 152b Hēriēm ⁝ Iunōnis 160b ēgerīt ⁝ radīces 180b Nāeviō ⁝ poētae 199b āudiēs ⁝ quod nōn vis 203b crēd*uās* ⁝ opōrtet 214b āureō ⁝ églūtro 218b plūrimī ⁝ venērunt 224b Grāeciām ⁝ redīre 230b dōnicūm ⁝ vidēbis 232b nōegeō ⁝ detērsit 233b mācerāt ⁝ humōn*em* 236b fīliūs ⁝ Latōnas 248b fīliāe ⁝ sorōres 250b ōrdinē ⁝ ponūntur 255b āureās ⁝ lepīstas 265b quōmodō ⁝ Titāni 283b rem hōstiūm ⁝ concīnnat 286b fīerī ⁝ per gēntis 287b māvolūnt ⁝ ibīdem 290b āuspicāt ⁝ auspícium 296b ōbsidēs ⁝ ut rēddant 303b fēcerāt ⁝ quiētem 306b rūmitānt ⁝ intērse 324b ōstreām ⁝ Lucrīnam 293b cōnterīt ⁝ legiōnes 334b Nāeviūm ⁝ poētam 335b trāditūs ⁝ thesāuro 321b cōmpedēs ⁝ impósitas — 12b ⟨b⟩éne iovēnt ⁝ optāntis 167b síne focō ⁝ coxērunt 94a égo tibī ⁝ quod tū mi 63b réliquiāe ⁝ quod súperant 150b Sálaciām ⁝ Neptūni — 53b nōn honōs ⁝ honōre 130a sī priōr ⁝ defēxit 136a tē precōr ⁝ quaesōque 75b ēt legēs ⁝ hunc títulum 139b Mārs patēr ⁝ Quirīne 181a rēm volō ⁝ profāri 200a tām diū ⁝ discēn-

dumst 206b quēm velīs ⁝ dilígere 219 īn Pylūm ⁝ devénies | āut ibī ⁝ ommēntans 239b ūt priūs ⁝ fuērunt 300b sūb suūm ⁝ iudícium 288b ad suōs ⁝ poplāris 323 sēd tibī ⁝ fortāsse | áliū(s) mólit ⁝ et dēpsit 330b āut mĭtrām ⁝ Melitēnsem 333b sī forēt ⁝ fas flēre — 39b fōrtĭ(s) vīr ⁝ sapiēnsque 54b vīctus ēst ⁝ virtūtei 310b dēbet īn ⁝ quost vīrtus 325b nātŭ(s) nōn ⁝ modo āufert — 249a pōstquăm ắvĕm ⁝ aspēxit 106b ōssa méa ⁝ tueātis — 43b ōpsidēsque abdōucit 46b glōria ātque ingénium 316b ēt dracōnem Hespéridum — 335a ítaque pōst⁝quamst Ōrco.

caesura raro deest: 58b rēstitīstei sēdes 94b fácere dībuīsti 115a ōb fidēlitātem 123a dīvŏm ēmpta cānte 138 fámiliāeque nōstrae 153b Nérienēmque Mārtis 202b āut inīqui hēres 220 tūmque rēmos iūssit | rēlligāré strūppis 222b quēm profāta Mōrtast 233a nāmque nūllum pēius.

A$_2$ est dimeter iambicus ex bacchiis. inciditur inter bacchios: ⏑–́–́ | ⏑–́–: 155b Salūs hīc ⁝ manēto 226a apūd nўmpham Atlāntis — 14a Corīntō ⁝ delēto 327b ibĭ nūnc fīt ⁝ mercātus — 107b sacrūm⁝ nī ⁝ violāto 120a amīcī, ⁝ bene fácere. — item Graeci talem dimetrum iambicum usurpant, idque saepius. ut Aesch Ag 1103 ἄφερτον ⁝ φίλοισιν.

A$_3$ dimeter iambicus est ex dipodia iambica et spondeo. qui spondeus per contractionem et catalexin est pro dipodia iambica: –́– (=⏗–) pro ⏑–́⏑–́. quadrisyllabum autem antecedens formas duas induit: ⏑–́⏑–́ et –́⏑⏑–́. duo igitur genera sunt huius coli: alterum ex diiambo et spondeo, ex choriambo et spondeo alterum. quod utrumque inter quadrisyllabam et spondeum inciditur, sed non semper.

1. ⏑–́⏑–́ | –́–: 22a ⟨idēm semōl⟩ ⁝ te ōrat 30b consēntiūnt ⁝ gēntes 47b tibe ūtiēr ⁝ vīta 85b si nōn potīs, ⁝ dōna 101b idēm tibī ⁝ spēres 103b habeāt deōs ⁝ súperos 83b sic cūm suīs ⁝ váleat 160a scin scīn quis hīc ⁝ pūllus 82b quo fāto nōn ⁝ scītur 199a cum dīxerīs ⁝ quōd vis 205b tacēre nōn ⁝ pótuit 221b 261a summī deūm ⁝ rēgis 269b Aenēa quō ⁝ pācto 313b si vīx putānt ⁝ lāutum 315a 328b populo īn forō ⁝ médio 331a ebūrneīs ⁝ lēctis 154b medēre mḙīs ⁝ pédibus. — caesura haec carent: 9b opīdque Vōlgāni 51b multāsque vīrtūtes 81b honēsto fēlīces 306a simul álius àliūnde. cui generi genus dimetri est simile Graecorum, ut Aesch Suppl 139 πατὴρ δ' ὁ παντόπτας, et prius membrum versus huius Alcmanis 65 (10). 4 θῆρές τ' ὀρεσκῷοι | καὶ γένος μελισσᾶν. qui versus huic Saturnio similis est: 160 scin scīn quis hīc pūllus | ēgerīt radīces.

2. –́⏑⏑–́ | –́–: 83a quisquis eūm ⁝ lāesit 212b ōre suprā ⁝ fūgit 307a ātque priūs ⁝ páriet. — at sine caesura: 179b pērdita spīntūrnix 211b insece vērsūtum 225b fīlia rēgīna 278b sāgmina sūmpsērunt 304b pectora possīdit.

a$_3$ dimetrum iambicum est et par generi **A**$_3$, sed detracto primo semipede; constat igitur cretico et spondeo. incisio est inter creticum et spondeum:

⏑́⏑⏑́ | ⏑́ –: 11b –tōribūs : sūmeis 27b māxsumē : méreto 42b Sāmniō[m] : cēpit 49b Scīpio : récipit 118b nūnc tibī : fēci 125b iāneūs : Iānes 144a vōs precōr, : véneror 154a égo tuī : mémini 238b fīlia īm : dócuit 156 īn mēīs : pédibus 121b nōn sum: nōn : cūro 183b nēc libēns : āeque 200b quāmdiū : vīvas 201a quī semēl : scūrra 240b vēnīmūs : Cīrcae 267b fīliī : Tērras 251b vīctimām : pūlcram 291a sēptimūm : décimum 292b ōbviām : Pōenum 320b ōbviūs : flāre — 234a quāmde màrĕ : sāevom 162a ānte cànĕ : cōrcu. item appendicis proverbia haec (pag 22): 58 nōn tibi hōc : sōli 59 sérere nē : dúbites 60 ēst homō : būlla. — 23b ⟨hōnc ope⟩ ād:iōuta 24b āsper ād:flēicta 263b ōptumum ād:pēllat. — raro deest caesura: 229b vīrginem ōrāret 246b āncudābatur 216b ōmniă dīsērtim. — est huic quoque dimetro simile dimetrum Graecum, ut Euripides Tro 286b διπτύχῳ : γλώσσᾳ.

Sequitur ut de iis dimetris agamus quae cretico finiuntur. ac primum in examen veniat dimeter ille qui constat quadrisyllabo et cretico, quem **B** littera denotamus. cuius quadrisyllabum formas induit varias: ⏑⏑́⏑⏑́, ⏑⏑́⏑́⏑, ⏑́⏑⏑́⏑. quare eius tria sunt genera: ⏑⏑́⏑⏑́ | ⏑́⏑⏑́, ⏑⏑́⏑́⏑ | ⏑́⏑⏑́, ⏑́⏑⏑́⏑ | ⏑́⏑⏑́. caesura est inter quadrisyllabum et creticum.

1. ⏑⏑́⏑⏑́ | ⏑́⏑⏑́ dimetrum iambicum ex diiambo et cretico. 21a utī Titūs : Quīnctiūs 27a donū[m] danūnt : Hērcŏlēi 38a Cornēliūs : Lūciūs 204a qui in pērgulā : nātus ēst appendicis proverbium 41 (pag 21) hominēs sumūs, : nōn dĕī. — haec autem carent caesura: 99b quoquo īret sēmpēr comĕs 100b doctūs palāestrāe puĕr 108b reverēre Mānēs deōs 275b sagīttis pōllēns deă 307b lucūsta Lūcām bovĕm 289a eăm cārnem vīctōribŭs. est idem colon in Graeca poesi; ut Eur Bacch 1022 πεσόντι τὰν Μαινάδων Aesch 381 μένει γάρ· εὐμήχανοί | τε καὶ τέλειοι κακῶν.

quod si de hac clausula primum semipedem detraxeris, velut si pro illo Naeviano hemistichio *eăm cārnem vīctōribŭs* dicas *cārnem vīctōribŭs*, fit dimetrum **b** ex molosso et cretico: ⏑́ – ⏑́ | ⏑́⏑⏑́ 45a mōrs perfē⟨cīt⟩ tuă 262 rēgnatorēm marŭm. ubi quod pro paenultimo cretico est molossus, id est non Graecae sed Italicae versificationis, ut Plautus Amph 220 dīspertītī virī, | dīspertīti ōrdinēs. Graeci autem utroque cretico puro utuntur, ut Aesch Eum 493 τοῦδε ματροκτόνου.

2. ⏑⏑́⏑́⏑ | ⏑́⏑⏑́: 290a virūm prāetor : ādvĕnīt 16a quod īn bēllo : vōverāt 102a mihī crēde: : tū tibī. — quod item Graeci, ut Eur Suppl 922 ἔχει μόχθον : ἀθλίας.

3. –́⏓–́⏓ | –́⏑–́ dimetrum ex ditrochaeo et cretico. 17b īmperātor ⁝ dēdīcāt 188b réligiōsus ⁝ nē fuās 251a īmmolābat ⁝ āureām 313a vīlicō quod ⁝ nŭnc satĭs 281a símul atrōcia ⁝ prōịcerēnt — 11a qúquĕi huc dédĕrunt ⁝ īnperā- 58a hōspes grātumst ⁝ quom ápŭd meās 90b ēt tu quīsquis ⁝ ēs valē 95 mī qui fáciat ⁝ nēsciō 96b út ibi illāe sit ⁝ suāvitĕr 97 ēt tibi béne sit ⁝ quī legĭs 98b frūgi cāsta ⁝ dómisedă 101a quīcquid nōbis ⁝ fēcerīs 125a vérŏ^m ad pátula ⁝ cōmis ēs 190b īn te rícĭnum ⁝ nōn vidēs 193a hōc est cāldum ⁝ mēierĕ — 182b ōblivīscere ⁝ míseriās. — deest autem his caesura: 120b sēmper stúdiosūs fuī 196a nímia fámiliāritās. — apud Graecos hoc est lecythium illud notissimum et frequentissimum, ut Ar Av 1705 γλῶττα χωρὶς τέμνεται.

Dimetro **B** –́⏑–́⏑ | –́⏑–́ ex ditrochaeo et cretico simillimum est $\mathbf{B}_2$. quod incisione dividitur in creticum et diiambum:

$\mathbf{B}_2$ –́⏓–́ | ⏓–́⏑–́: 9a quēi sŏvēis ⁝ a⟨rg⟩ūtiēis 64 sūnt in hōc ⁝ panāriō 127a cúmĕ tonās ⁝ Leucēsiē 213a néque tamēn ⁝ te oblītŭ(s) sŭm 122b nōn sum: nōn ⁝ desīderō 191b tōtum cōm⁝maculāt gregĕm 309a ūt novūm ⁝ cribrūm novō 23a quēi tŏv⟨ām⟩ ⁝ pacēm petĭt 76 ōpta tíbĭ ⁝ terrā^m levĕ^m 93 ōmnia ē⁝⟨veniānt⟩ tibēi — 250a săcra͡ĭn mensā ⁝ penātiŭm. — talia multa Graeci, ut Aesch Eum 508 μηδέ τις κικλησκέτω | ξυμφορᾷ τετυμμένος | τοῦτ' ἔπος θροούμενος, et iambicum iambico hoc adiunxit Idem Prom 431 βοᾷ δὲ πόντιος κλύδων | ξυμπίτνων, στένει βυθός.

Est his cognatum hemistichium Saturnium ex cretico et ditrochaeo:

$\mathbf{B}_3$ –́⏓–́ | –́⏓–́⏓: 34a Lūciōm ⁝ Scīpiōne 169a ēxi ⟨sī⟩ ⁝ hódie nāta 176a ēvoco ē⁝dūco excānto. — plura vero caesura legitima carent: 272b grātulābātur dīvis — 47a quíbŭ(s̩) sei in lōngā licu⟨ī⟩set 48a fácile fāctēis superāses 50a Tērra Pūblī prognātum 155a Tērra pēstēm tenēto 296a Síciliēnsēs pacīscit. — hoc item Graeci, ut Aesch Eum 336b ξυμπατῶσιν μάταιοι.

Ex duabus dipodiis trochaicis, altera integra, altera contracta in palimbacchium, compositum est hemistichium $\mathbf{B}_4$. cuius cum dipodiae prioris duplex forma sit, est enim iam ditrochaeus iam antispastus, duo genera sunt huius hemistichii: –́⏓–́⏓ | –́–́⏓ et ⏑–́–́⏓ | –́–́⏓. caesura plerumque interposita est inter dipodias, id est inter quadrisyllabum et palimbacchium.

1. –́⏓–́⏓ | –́–́⏓: 40a quoius fōrma ⁝ vīrtūtei 43a súbigit omne^m ⁝ Lōucānam 165 cōrce, cōrce, ⁝ dō stāgne 244a vēstis pūlla ⁝ pōrpúrea 247a dēque mánibus ⁝ dēxtrābus 267a Rhūncus ātque ⁝ Pōrpúreus —

53a quōiei vīta ⁝ dēfēcit 217a quāe haec dāps est, ⁝ quī fēstus 278a scōpas ātque ⁝ vērbēnas app prov 43 (pag 21) nēmo nōstrum ⁝ nōn pēccat ibid 44 (pag 21) tōllat tē qui ⁝ nōn nōvit — ibid 42 (pag 21) sóciorum ōlla ⁝ màle fērvet 320a quōcunque īre ⁝ vēllēmus. — haec autem sunt sine eius modi caesura: 98a hīc sitāst Amȳmōne 226b fīliām Calȳpsōnem 331b ēt plāgīs sigīllātis app prov 45 (pag 21) āuribūs lupūm téneo 121a nōn fuī, fuī: mémini — 279a Mārcus Váleriūs cōnsul. — sunt similia his Graeca, ut Aesch Eum 335b ἐμπέδως ἔχειν θνατῶν ⏑ 324b καὶ δεδορκόσιν ποινάν.

2. ⏑⏊⏊⏑̄ | ⏊⏊⏑̄: 46a honōs fāma ⁝ vīrtūsque 221a ibīdēmque ⁝ vīr sūmmus 229a utrūm génuă ⁝ āmplōctens 260a senēx frētus ⁝ pìetāti 305a famēs ācer ⁝ āugēscit 28a semōl te ōrant, ⁝ sē vōti 215a patēr nōster ⁝ Sātūrni 255a ferūnt pūlcros ⁝ crātēras 197b statīm plānta ⁝ cūm frūctust.

Denique est dactylicum catalecticum dimetrum: 187 grāndia fārra, Camīlle, metēs. cui simile est illud Alcmanis 59 (22). 3 κακκαβίδων στόμα συνθέμενος.

Quoniam de dimetris egimus, sequitur ut mentionem faciamus ternariorum, quae sunt **C** et $\mathbf{C_2}$.

C est tripodia iambica: ⏑̄⏊⏑̄⏊⏑⏊: 21b dictātor ōppidă 29a ⟨prai⟩tōris prō po⟨plōd⟩ 33a duonōrōm ōptumŏm 32a honc ōinom plōirumē 89 quod tū es, égo fuī; | quod nūnc sum, et tū erĭs 91b non ād me pērtin⟨ĕt⟩ 186a hibērno pūlverĕ 192b sic vīta trūditŭr 236a Mercúrius cūmque eō 242a ⟨ca⟩mīll*ae* *cū*llĕă 243a parcēntes prāemodŭm 276 sagīttis īnclutŭs 285a sin īllos dēserānt 294a pacīscunt mōeniă 295b captīvos plūrimōs 298b ditēm⟨que⟩ vēxerānt 301a quod brūti nēc satĭs 309b paxīllo pēndeăt 311a primum īste quī merĕt 322a procēlla frīgidā — 7a gonlēgiūm quod ēst 30a unōm complūrimāe 31a populī primāriŭm 51a magnām sapiēntiăm 119a tu quī legĭs valē 141a divī Novēnsilēs 163a ut *h*ōs ut *h*ōs ut *h*ōs 195 septēm convīviŭm, | novēm convīciŭm 274b puēr Prosērpină 284b volvī victōriăm 285b fortīssimōs virōs 286a magnūm stuprūm poplō 291b annum ilicō sedēnt 294b sint quāe Lutātiŭm 308a quianām Satūrniŭm 332b vitām procūditō.

Coli **C** primo semipede suppresso fit **c** = ⏊⏑⏊⏑⏊. cuius generis sunt haec: 63a quōius cōrporĭs 86 sī nec hōc potĭs 90a Prīmitīva havē 102b tēstis ⟨īpse erĭs⟩ 122a nōn fuī, fuī 132a Iūppitēr pŏplŭm 139a Iāne, Iūppitĕr 253b strēnuē virī 271b sūstulīt suās 272a rē*x* Amūl*i*ŭs 279b pārtem exērcitī 282b īnsulam īntegrăm 314b māne sūscităt.

sunt cola colis his **C** et **c** similia Graecorum. ut **C**: Eur Hec 1084a τέκνων ἐμῶν φύλαξ Iph Taur 652 φεῦ, φεῦ, διόλλυσαι. — **c** (hypodochmius): Eur Alc 218 δῆλα μέν, φίλοι, | δῆλα γ', ἀλλ' ὅμως.

$\mathbf{C_2}$ est colon ternarium catalecticum. eius sunt tria genera: unum anapaesticum, alterum mixtum, tertium iambicum.

1. **C**$_2$ anapaesticum: ⏑⏑–́⏑⏑–́–: 67b pietātis alūmnus 256b vestēmque citrōsam 170b si ānte creāta 308b populūm : pepulīsti 264b quianām : genus īsti — 99a dominō : dilēctus 259b lacrimīs : cum mūltis 302b hominūm : fortūnas 16b hanc āedem et sīgnu^m 28b crebrō : condēmnes 57b Maarcō : Caicílio 72b coerāvit quāe me 75a et tū : quitrāsis 82a raptūs : quist súbito 110b nolēi : violāre 126b vevēis : promérios 152a Maiām : Volcāni 153a Molēs : Marōrtis 241b portānt : ad nāvis 252b multī : mortāles 254b illīc : exībant 257b ambōrum uxōres 261b fratrēm : Neptūnum 273b praedīcit cāstus 275a cum tū : arquítenens 297b flammām : Volcāni 299b stabānt : in flūstris.

2. **C**$_2$ mixtum: ⏑–́⏑⏑–́–: 184b ferōcia páriat 213b Laērtie nōster 258b capítibus opērtis 40b parīsuma fūit 196b parīt : contēmptum 150a Luām : Satūrni 3a satūr : fu fére Mars.

3. **C**$_2$ iambicum: ⏓–́⏑–́–: 25b voto hōc : solūt⟨o⟩ 127b prae tēd : tremōnti 151a Horām : Quirīni 169b si ānte nāta 175b hanc réligiōnem 231b domūm : redīsse 260b deum ād:locūtus 266b magnīque Atlāntes 268b bellīque inērtes.

haec eadem tria genera prosodiaci catalectici vel clausulae Reizianae, quae vocatur, insunt in fabulis Graecis et Plautinis. ut **C**$_2$ anapaesticum Ar Av 455 δύναμίν τινα μείζω, Nub 1348 οὕτως ἀκόλαστος, Plautus Rud 185b miserāe memorāntur; — mixtum Ar Nub 1346 τὸν ἄνδρα κρατήσεις, Plautus Stich 772b cināedos cōntra; — iambicum Ar Ach 43 πάριτ' ἐς τὸ πρόσθεν, 44 ἤδη τις εἶπε; Plautus Stich 8b salvēne amābo?

Restat ut commemoremus cola quinaria. quae pauca sunt. eorumque duo sunt genera, unum trochaicum, alterum anapaesticum.

trochaicum quinarium contractum: –́⏑–́⏑ | –́–́⏑–́, inciditur in dipodiam integram et tripodiam contractam. eius generis haec sunt: 62a fúit Atīstia ūxōr mihēi 100cb ānnos nātus : ōcto ēt decēm 177 tērram téneo, : hērbām legō; | prōsit ād quod : tē cōlligō.

anapaesticum colon quinarium catalecticum: ⏑⏑–́⏑⏑–́⏑⏑–́⏑⏑–́–: 36 hec cēpit Cōrsica Aléria que ūrbe 37 dedēt Tēmpestātēbus āide méreto 65 ⟨heic ēst sitŭ(*s*) Q⟩uēinctiŭ(*s*) Gāįŭ(*s*) Protymus 66 ⟨multēis su⟩mmā cum lāude probātus 68 ⟨heic Gāius Quēinc⟩tiŭ(*s*) Vālgŭ(*s*) patrōnus 69a Romānus nōmin⟨e⟩ sūm vocitātus 133 utĭ égŏ hunc pōrcum hic hódie fériam 129 pennātas ímpennātasque āgnas.

Postremo commemoro fieri interdum ut incisum vice hemistichii versusve fungatur. itaque creticus: 135 Mārs patĕr 137 míhi, domō; — ditrochaeus: 143 dīque Mānes 146 prōsperētis; — clausula dactylica: 149 āfficiātis; — dipodia iambica: 186b

vernō lutō 194b non ōderīs; — dipodia anapaestica: 8b festōsque diēs 31b et 33b fuīsse virūm 140 Bellōna Larēs 141b di Indigetēs 301b sardāre queūnt.

denique fit etiam ut idem numerus incisi iteretur iis quae dicantur incisim.

ita ditrochaeus iteratur incisim: 172 hūnc dolōrem, | hūnc tumōrem, | hūnc rubōrem;

dispondius: 78 hīc est fūndus, | hēis sunt hōrti 111 véto venīri, | véto donāri;

bacchius aut molossus (ionicusve) iteratur incisim: 6 triūmpe, | triūmpe, | triūmpe, | triūmpe, | triūmpe 60 pistōris, | redĕmptōris, | appāret 88 viātor, | viātor 207 idem Ātti, | quod Tētti 208 quot sērvi, | tot hōstes 209 ubĭ ūber, | ibĭ tūber 210 tacĕ līngua, | dabŏ pānem.

Quodsi iteratur incisum, non eo conficitur verus versus Saturnius. qui est bimembris et ita compositus, ut qui brevissimi, sint denum, qui longissimi, senum denum syllabarum[1]. plurimi vero Saturnii sunt XIII XIIve syllabarum.

Haec sunt genera versus Saturnii:

8 + 8: octosyllaba bina: 3 nēve luē^m ⁝ ruē^m Mārmar | sīns incūrrere in pleōris
157 vetūs novōm ⁝ vinūm bibō, | veterī novō ⁝ mōrbor médeor
189 corcīllumst quód hominēs facĭt, | cētera quisquilia omnia

8 + 6: 8 syll + A_3: 85 dīvitiās ⁝ ^h abēs: frúere; | si nōn potīs, ⁝ dōna
212a mea púera quīd ⁝ verbi ēx tuō | ōre suprā ⁝ fūgit?

8 + 7: 8 s + B: 190 in álio pēduclūm vidēs, | īn te rícinum ⁝ nōn vidēs

8 + 7: 8 s + B_4: 197 generōsiōris ārborīs | statīm plānta ⁝ cūm frūctust

8 + 6: 8 s + C: 192 quod hódie nōn est crās erĭt, | sic vīta trūditŭr

8 + 5: 8 s + C_2: 110 Pōntia Prīma heic ēst sitā, | nolēi ⁝ violāre

8 + 6: 8 s + a: 325 nunc quīs patrēm ⁝ decem ānnōrum | nātŭ(s) nōn ⁝ modo āufert

8 + 4: 8 s + dip anap: 8 ópiparum ād veitām quolūndam | festōsque diēs

8 + 4: 8 s + dip iamb: 194 amīci mōres nōverīs, | non ōderīs

8 + 8: 5 nar troch geminatur: 177 tērram téneo, ⁝ hērbām legō; | prōsit ād quod ⁝ tē colligō

8 + 6: 5 nar troch + a: 62 fúit Atīstia ⁝ ūxōr mihēi; | fēmina ópituma vēixsit

---

[1] Quomodo Saturnii syllabas numerem, eam rationem referens ad genus unum quodque prototypum, vide adnotationem pag 25.

$7 + 7$: $A + A$: 56 nē quairātis, ⁝ honōre | quēi minū(*s*) sīt ⁝ mand⟨āt⟩u⟨s⟩
70 quem dī Manēs ⁝ properārunt | ēripere in⁝matūrum
109 ita tíbi contīngat quōd vis, | ut hōc sacrūm ⁝ non víoles

$7 + 6$: $A + A_2$: 107 deis īnferūm ⁝ parēntum | sacrūm nī ⁝ violāto

$7 + 6$: $A + A_3$: 103 qui hic mīxerit āut ⁝ cacārit, | habeāt deōs ⁝ súperos

$7 + 7$: $A + B$: 98aa lanífica pía ⁝ pudīca | frūgi cāsta ⁝ dómisedā

$7 + 5$: $A + c$: 282 transīt Melitām ⁝ Romānus, | īnsulam īntegrām

$7 + 6$: $A + C$: 298 magnāmque domūm ⁝ decorēmque | ditēm⟨que⟩ vēxerānt

$7 + 5$: $A + C_2$: 25 parēns timēns ⁝ heic vōvit, | voto hōc ⁝ solūt⟨o⟩
57 hoc ēst factūm ⁝ monumēntum | Maarcō ⁝ Caicílio

$7 + 6$: $A + a$: 13 ductu āuspicio īmperiōque | ēius Achāĭa cápta
18 fundīt fugāt ⁝ prostērnit | māximās ⁝ legiōnes
26 decumā factā ⁝ polōucta | lēiberēis ⁝ lubētes
54 is hīc sitūs ⁝ quei nūmquam | vīctus ēst ⁝ virtūtei
214 argēnteō ⁝ polūbro, | āureō ⁝ eglūtro

$7 + 5$: $A + a_3$: 24 quod rē suā ⁝ d⟨īf⟩ēidens | āsper ād⁝flēicta
42 Taurāsiā^m ⁝ Cisāuna^m | Sāmniō^m ⁝ cēpit

$7 + 8$: $A + 5$ nar troch: 100c equēs sepūltus hīc sum | ānnos nātus ⁝ ōcto ēt decĕm

$7 + 8$: $A + 8$ s: 134 tantōque mắgĭ(*s*) ⁝ ferīto, | quānto mắgĭ(*s*) potēs pollēsque

$7 + \ldots$: $A + \ldots$: 245. 326. 329.

$6 + 7$: $A_2 + A$: 14 Corīntō ⁝ delēto | Romām redīēit ⁝ triūmphans

$6 + 7$: $A_2 + B$: 120 amīcī, ⁝ bene fácere | sēmper stúdiosūs fui

$6 + 7$: $A_2 + B_4$: 226 apūd nўmpham Atlāntis | fīliām Calўpsōnem

$6 + 6$: $A_3 + A_3$: 83 quīsquis eūm ⁝ lāesit, | sic cūm suīs ⁝ váleat

$6 + 7$: $A_3 + B$: 307 ātque priūs ⁝ páriet | lucūsta Lūcām bovĕm

$6 + 7$: $A_3 + B_4$: 331 ebūrnĕīs ⁝ lēctis | ēt plăgīs sigīllātis

$6 + 6$: $A_3 + a$: 160 scin, scīn quis hīc ⁝ pūllus | ēgerīt ⁝ radīces?

$6 + 5$: $A_3 + C_2$: 261 summī deūm ⁝ rēgis | fratrēm ⁝ Neptūnum

$7 + 7$: $B + A$: 193 hōc est cāldum ⁝ mēierĕ, | et frīgidūm ⁝ potāre

$7 + 6$: $B + A_3$: 101 quīcquid nōbis ⁝ fēcerīs, | idēm tibī ⁝ spēres

$7 + 6$: $B_2 + A_3$: 9 quēi sŏvēis ⁝ a⟨rg⟩ūtiēis | opīdque Vōlgāni

$7 + 6$: $B + a$: 38 Cornēliūs ⁝ Lūciūs | Scīpiō ⁝ Barbātus
290 virūm praetor ⁝ ādvĕnīt, | āuspicāt ⁝ auspícium
58 hōspes grātumst ⁝ quom ápŭd meās | rēstitīstei seedes

$7 + 6$: $B_2 + a$: 250 sắcra ĭn mensā ⁝ penātiūm | ōrdinē ⁝ ponūntur

$7 + 5$: $B + a_3$: 27 donū^m danūnt ⁝ Hērcŏlēi | māxsumē ⁝ méreto
125 vĕrŏ^m ad pátula ⁝ cōmis ēs | iāneūs, ⁝ Iānes
251 īmmolābat ⁝ āureām | vīctimām ⁝ pūlcram

$7 + 6$: $B + C$: 21 ulī Titūs ⁝ Quīnctiūs | dictātor ōppidā

$7 + 5$: $B + c$: 102 mihī crēde: ⁝ tū tibī | tēstis ⟨īpse erĭs⟩

7 + 6: $B_2 + C$:	309	ūt novūm ⁝ cribrūm novō ¦ paxīllo pēndeăt
7 + 5: $B + C_2$:	16	quod īn bello ⁝ vōverāt, ¦ hanc āedem et sīgnu^{m}
7 + 5: $B_2 + C_2$:	127	cúmĕ tonās ⁝ Leucēsiĕ, ¦ prae tēd ⁝ tremōnti
7 + 7: $B_3 + A$:	176	ēvoco ē⁝dūco excānto ¦ de istīs membrīs ⁝ medūllis
7 + 6: $B_3 + A_2$:	155	Tērra pēstēm tenēto, ¦ Salūs hīc ⁝ manēto
7 + 6: $B_3 + A_3$:	47	quíbŭ(s) sei in lōngā licu⟨ī⟩set ¦ tibe ūtiēr ⁝ vīta
7 + 6: $B_3 + a$:	48	fácile fāctēis superāses ¦ glōriām ⁝ maiōrum
	50	Tērra Pūblī prognātum ¦ Pūbliō ⁝ Cornēli
	34	Lūciōm ⁝ Scīpiōne^{m}. ¦ fīliōs ⁝ Barbāti
7 + 6: $B_4 + a$:	43	súbigit ōmne^{m} ⁝ Lōucānam, ¦ ōpsidēsque abdōucit
	46	honōs fāma ⁝ vīrtūsque, ¦ glōria ātque ingénium
	53	quōiei vīta ⁝ dēfēcit, ¦ nōn honōs ⁝ honōre
7 + 6: $B_4 + A_3$:	278	scōpas ātque ⁝ vērbēnas ¦ sāgmina sūmpsērunt
7 + 5: $B_4 + a_3$:	267	Rhūncus ātque ⁝ Pōrpúreus ¦ fīliī ⁝ Tērras
7 + 5: $B_4 + c$:	279	Mārcus Váleriūs cōnsul ¦ pārtem exērcitī
7 + 5: $B_4 + C_2$:	28	semōl te ōrant: ⁝ sē vōti ¦ crebrō ⁝ condēmnes
	40	quōius fōrma ⁝ vīrtūtei ¦ parīsuma fūit
6 + 6: $C + C$:	89	quod tū es égo fuī; ¦ quod nūnc sum et tū erĭs
	285	sin īllos dēserānt ¦ fortīssimōs virōs
6 + 7: $C + A$:	119	tu, quī legīs, valē, ¦ et cūm volēs ⁝ venīto
6 + 6: $C + A_3$:	30	unō^{m} complūrimāe ¦ consēntiūnt ⁝ gēntes
6 + 7: $C + B$:	182	amīcum cūm vidēs, ¦ ōblivīscere ⁝ míseriās
6 + 6: $C + a$:	236	Mercúrius cūmque eō ¦ fīliūs ⁝ Latōnas
	286	magnūm stuprūm pŏplō ¦ fierī ⁝ per gēntis
6 + 5: $C + C_2$:	308	quianām Satūrniūm ¦ populūm ⁝ pepulīsti?
6 + 4: C + dip anap:	31	populī primāriūm ¦ fuīsse virūm
	33	duonōrō^{m} ōptumō^{m} ¦ fuīse virō^{m}
	301	quod brūti nēc satīs ¦ sardāre queūnt
6 + 4: C + dip iamb:	186	hibērno pūlverĕ, ¦ vernō lutō
5 + 7: $C_2 + A$:	3	satūr⁝fu fére Mars, ¦ limēnsalī ⁝ sta bērber
5 + 6: $C_2 + A_3$:	82	raptūs ⁝ quist súbito, ¦ quo fāto nōn ⁝ scītur
5 + 7: $C_2 + B$:	99	dominō ⁝ dilēctus, ¦ quoquo īret sēmpēr comĕs
	275	cum tū ⁝ arquítenens, ¦ sagīttis pōllēns deă
5 + 7: $c + A$:	132	Iūppitēr pŏplūm ¦ Romānum sīc ⁝ ferīto
5 + 7: $c + B$:	90	Prīmitīva havē. ¦ ēt tu, quīsquis ⁝ ēs, valē
5 + 7: $c + B_2$:	122	nōn fuī, fuī; ¦ nōn sum: nōn ⁝ desīderō
5 + 7: $c + B_3$:	272	rē*x* Amūliūs, ¦ grātulābātur dīvis
5 + 6: $c + a$:	63	quōius corporīs ¦ réliquiāe ⁝ quod súperant
	139	Iāne. Iūppitēr, ¦ Mārs patēr, ⁝ Quirīne
6 + 7: $b + A$:	45	mōrs perfēcit tuă, ¦ ut ēssent ōmnia brévia
6 + ...: b + ...:	262	rēgnatōrēm marŭm ¦ . . . .

6 + 6: a + a: 4 Sēmunīs ⁝ altērnei | ādvocā ⁝ pit cōnctos

12 útĕi sesēd ⁝ lubēnt⟨is | b⟩éne iovēnt ⁝ optāntis

39 Gnāivod pátre ⁝ prognātus, | fōrtĭ(*s*) vīr ⁝ sapiēnsque

52 āetatē ⁝ quom pārva | pōsidēt ⁝ hoc sāxsum

94 égo tibī ⁝ quod tū mi | fácere dībuīsti

130 sī priōr ⁝ defēxit | pūblicō ⁝ consílio

219 īn Pylūm ⁝ devénies | āut ibī ⁝ ommēntans

6 + 5: a + a_3: 200 tāmdiū ⁝ discēndumst | quāmdiū ⁝ vīvas

6 + 7: a + A: 228 ígitur dēmum Ulīxi | cor frīxit prāe ⁝ pavōre

136 tē·precōr ⁝ quaesōque, | utĭ sīs volēns ⁝ propítius

6 + 7: a + B: 188 réligentem ēsse opōrtet, | réligiōsus ⁝ nē f*u*ās

6 + 6: a + C: 274 prīma incēdit Cέreris, | puēr Prosērpină

6 + 5: a + C_2: 273 rēs divās ⁝ edīcit, | praedīcit cāstus

6 + 8: a + 8 s: 123 dīvŏm ēmpta cānte, | divōm deō ⁝ sūpplicānte

5 + 7: a_3 + A: 144 vōs precōr, ⁝ véneror | veniām petō ⁝ ferōque

234 quāmde màre ⁝ sāevom. | virē*s* cŭi ⁝ sunt māgnae

162 ānte cànĕ ⁝ cōrcu, | nēc *n*egitō ⁝ cantōrem

201 quī semēl ⁝ scūrra, | numquām patēr ⁝ famílias

5 + 6: a_3 + A_3: 154 égo tuī ⁝ mémini; | medēre meīs ⁝ pédibus

5 + 6: a_3 + C: 291 sēptimūm ⁝ décimŭm | annum īlicō sedēnt.

Hac tanta varietate poetae Saturnii sunt usi promiscue. ac ne epici quidem poetae Livius Andronicus et Naevius, ut epici Graeci et Graecorum imitatores Latini, unum aliquod metri genus κατὰ στίχον ordinarunt, sed ex variis generibus versuum poema contexuerunt. quod in eorum plerisque fragmentis, quippe quae constent singulis versibus, minus apertum est; verum sicubi bini ternive versus coniunctim posteritati sunt traditi, ex his apparet, in ipsis quoque carminibus epicis magnum fuisse studium varietatis. ut Naevius 249—251 (pag 14):

a + a pōstquăm ắvĕm ⁝ aspēxit | īn templō ⁝ Anchīsa,

B_2 + a sắcra͡ĭn͡mensā ⁝ penātiŭm | ōrdinē ⁝ ponūntur,

B + a_3 īmmolābat ⁝ āureăm | vīctimām ⁝ pūlcram.

Iure igitur vereque Caesius Bassus GLK vi 265 K: ›Nostri‹, inquit, ›antiqui, ut vere dicam, quod apparet, usi sunt Saturnio versu non observata lege nec uno genere custodito ⟨ut⟩ inter se consentiant versus; sed, praeterquam quod durissimos fecerunt, etiam alios breviores, alios longiores inseruerunt, ut vix invenerim apud Naevium quos pro exemplo ponerem.‹

Postremo pauca de caesura. Per diaeresin Saturnius bimembris in membra dividitur, caesura est autem media membri utriusque aut alterius utrius[1]. in perpaucis Saturniis caesura legitima caret membrum utrumque. cuius rei ratio haec est:

caesura est membri utriusque in Saturniis	165 =	60	centesimae.
caesura est membri alterius utrius in »	100 =	36.37	»
caesurā legitimā caret membrum utrumque Saturniorum	10 =	3.63	»
Summa	275 =	100	centesimae.

Sunt etiam monocoli versus Saturnii. ac primum monocolus est versus anapaesticus quinarius catalecticus: 36. 37. 65. 68. 69. 129. 133, de quo pag 34. et quaternarius dactylicus catal.: 187, de quo pag 33. ac versus vice funguntur vel cola vel commata. cola: **A**: 1. 5. 15. 74. 79. 104. 148. 166. 173. 174. 184. app 46—49. 52—57 (pag 21—22). — **a**: 77. 80. app 50. 51 (pag 21—22). — $\mathbf{a}_3$: 156. app 58—60 (pag 22). — **B**: 93. 95. 97. app 28—31. 40 (pag 20—21). — $\mathbf{B}_2$: 76. app 32—39 (pag 20). — $\mathbf{B}_4$: 165. app 42—45 (pag 21). — **c**: 86. — octosyllabum: 64. 124. 131. 159. 161. 168. 171. app 1—27 (pag 19—20). — commata: ditrochaeus: 138. 143. 146. — creticus: 135. 137. — dipodia anapaestica: 140. — dipodia dactylica: 149.

[1] Diaeresin dico eam quae sit inter membra, caesuram eam quae sit media membri. aliter Fr Leo, *der Saturnische Vers*, B 1905. is Saturnios divisit vel potius discerpsit trifariam per ternas diaereses, unam inter hemistichia, ceteras medias utriusque hemistichii. quid? quod quas finxit diaereses, iis tantam vim tribuit ut in medio hemistichio ob id syllabas breves in orationis membrique perpetuitate ictu distenderet. itaque sic scandit p 47 Liv 22 Baehr *quámde marḗ sácrom*, p 30 Naev 56 Baehr *simū́l aliū́s aliúnde*. itemque multa. sed ea relinquo. est enim plenum taedii talia commemorare; et vereor virum de studiis Latinis optime meritum atque humanis rebus defunctum tradere irrisioni. mitto ceteros. de quibus olim disputavi (Vers It p XVII—XXI et AUL in tomo XXVI anni 1889 et in tomo XXXII anni 1896).

Capvt II. De versificatione Italica.

§ 1. Quicquid erat certis verbis conceptum omnemque formulam sollemnem *carmen* Romani antiquitus nominabant. quod attinet ad compositionem formamque orationis, tria genera sunt carminis: unum ἄρρυθμον, alterum prosae rythmicae, tertium versus Saturnii.

Prosae rythmicae erat quaedam concinnitas, quae vel consonantiā verborum vel numero ictuum continebatur. nam, cum omnia membratim incisimve dicerentur, erat quaedam quasi lex congruentiae, ut *membrum membro aut incisum inciso aut bina binis incisis membrisve numerum parem ictuum* redderet. exemplo nobis sint de carmine agri lustrandi ap Catonem de agri cultura c CXLI illa quae Saturnios versus 135—138 p 8 supra adscriptos proxime sequuntur:

4 + 4	Quóius réi érgo agrúm	térram fúndúmque meúm
2 + 3	suóvitaurília	círcum agí iússi:
2 + 3	utĭ tú mórbos,	vísos ínvisósque,
2 + 3	víduertátem	vástitúdinémque,
2 + 3	cálamitátes	íntémperiásque
3 + 3	prohibéssis déféndas	ávérruncésque;
4 + 4	ŭtĭque tú frúges frúménta,	vínéta vírgúltaque
5	grandíre béneque éveníre síris	
5	pastóres pécuaque sálva sérvássis.	
5	duísque duonám salútem valitúdinémque [1]	
5	míhi domó fámiliáeque nóstrae.	

et sic cetera deinceps. aliaque Romanorum Umbrorumque carmina similiter. quae longum est et a próposito nostro alienum in hac commentatione perscribere [2].

Quod utinam versus Saturnii ratio ita facilis esset atque expedita. utinam liceret versus Saturnii scansionem referre totam

[1] *valitudinemque*] Rv : *valetudinemque* PA.

[2] Aliter C Thulin, *Italische Sakrale Poesie und Prosa*, B 1906. a quo etsi de re universa dissentio, tamen hoc ei laudis facile concesserim, multa ab eo esse acute et subtiliter disputata.

ad accentus, ternos hemistichii prioris, binos alterius, neglecta quantitate syllabarum. ita enim scansio cum universorum versuum Saturniorum tum illorum Naevii, quos pag 38 exempli gratia inseruimus, sic fere facilis atque uniformis procederet:

3 + 2 pósiquăm ávĕm aspéxit in témplo Anchísa,
3 + 2 sácra in ménsa penátium órdine ponúntur,
3 + 2 ímmolábat áuream víctimam púlcram.

sed agere sic non licet. prohibet enim Latini natura sermonis, prohibet versificatio antiqua Romanorum universa, prohibet denique cognitio ipsius versus Saturnii. nam quo diligentius numerum Saturnium examinamus, eo magis videmus, hunc quoque numerum, ut poesin Romanorum ceteram antiquam, contineri quantitatibus syllabarum. cum enim pleraque cola ea quibus constant numeri huius elementa, quod capite proximo vidimus, sint partim quaternaria, partim ternaria, utraque sunt paribus paria Plautinis. quod et ex iis intellegitur quae supra exposita sunt, et hoc capite mox videbimus singillatim [1].

Quodsi numerus Saturnius syllabarum quantitatibus continetur, quin cum cetera poesi prisca Romanorum Saturnios comparamus? an censemus Livium Andronicum et Cn Naevium aliter cum pangebant Saturnios, aliter cum fabularum Graecarum metra Graecanica Latinis numeris adaptabant, Latinam orationem pronuntiasse? atqui, cum nihil fabularum Livianarum et Naevianarum ad posteritatem pervenerit nisi fragmenta corrupta et pauca et exilia, relinquitur ut imprimis Plautum cum Saturniis comparemus, praesertim cuius »numeri innumeri» praebeant materiam uberem comparandi.

§ 2. Verum tamen profecto a Plautinis versibus multum Saturnii discrepant. Saturnii enim passibus firmis ac gravibus

[1] De Saturniorum structura et scansione quae commentatione ea quae inscripta est 'De numero Saturnio quaestiones' Lund 1895—6 disputaram, de iis Fr Skutsch in *Vollmöller's Jahresbericht* VI (1905) I p 160 haec scripsit: »Dass es unmöglich ist für die erste Saturnierhälfte ein rein akzentuirendes Schema x́x x́x | xx́x anzusetzen, dass die erste Dipodie dieses Schemas zwei Längen (gleichviel an welcher Stelle) enthalten, die dritte Hebung ebenfalls eine Länge sein muss, hat zuerst Zander ausgesprochen. Hierdurch erinnert die erste Saturnierhälfte merkwürdig an jene griechischen Gebilde, die Wilamowitz in seiner bahnbrechenden Arbeit ›Choriambische Dimeter› verstehen gelehrt hat.»

incedunt. qui, ut ait Ribbeck in Historia Poesis Romanae, habent aliquid legionum Romanarum ingressui simile (»Legionentakt»). Plautini autem numeri feruntur cursu celeri volubilique. quamobrem Horatius dicit Plautum socco non astricto scenam percurrere. accedit quod Plautini et Terentiani numeri sunt, ut ait Cicero, »propter similitudinem sermonis abiecti», crebra synizesi, crebra iambica correptione, crebra solutione ictuum, crebris pedibus illis qui irrationales vel ῥυθμοειδεῖς nominantur. quibus omnibus poesis Saturnia etsi non abstinet, tamen multo parcius moderatiusque utitur. et structurā rythmicā multum numeri Plautini et Saturnii differunt; quod et sunt membra Saturnia quibus similia sint nulla Plautina, et, si qua forte sunt similia — ut certe permulta sunt — tamen aliquid interest saepius. velut, cum multa hemistichia et Plautina et Saturnia sint iambica dimetra catalectica, tamen ita structa ut illud 180a *dabūnt malūm Metēlli* in Saturniis sunt frequentissima, apud Plautum rarissima. cuius rei causa non una est. Saturnii enim membri structura est firmior, Plautini laxior; et Saturnii membri incisio media legitimast, Plautini dimetri nulla nisi fortuīta.

§ 3. Sed, in hac tanta diversitate, numeri Saturnii et Plautini quodam cognationis ac societatis vinculo continentur. quod consentaneum est, ea genera poesis quae aetate eadem in eadem gente floruerint, quodam modo esse cognata. etenim Plautinis numeris idem ac Saturniis χαρακτήρ indelebilis Italicae versificationis impressus est.

Duo enim genera versificationis in poesi antiqua Romanorum usurpata sunt: alterum Italicae, alterum Graecanicae.

Graecanicae versificationis primordia quaedam horrida atque imperfecta repetenda sunt ab hexametris Ennianis. in quibus Ennius — praeter tria versuum initia[1] — ictuum solutione abstinet. a quibus primordiis profecti epici poetae posteriores

[1] Ter ictum hexametri Ennius solvit: A 490 Va² *Cápitibŭ(s) nūtantīs* ..., Var 36 Va² *Mitylenāest* ..., Var 42 Va² *Mélanurūm t.* ... quantum vero in hoc genere nova ars Enni profecerit, satis apparet comparanti hexametros Ennianos cum sortibus aliisque hexametris Italicae versificationis, ut CLE 331. 7 *Formidat omnes. quod métuit, id sequi sátiust*, vel CLE 248. 4 *Cogendei dissōlŭendei tu ut fácilia farseis.*

versum heroum latinum perfecerunt et perpoliverunt; cuius rei gradus persequi ad hoc nostrum propositum non pertinet. in lyricis autem Catullus atque Horatius artis Graecanicae novaeque principes extiterunt. in scenicis vero versibus Seneca nobis Graecanicae versificationis artifex extat imprimis vel potius unus, quia Ovidii ceteraeque tragoediae aetatis Augusteae ad posteritatem non pervenerunt. — quae versificatio, quam Graecanicam nomino, cum est limatior magisque elaborata, tum diligentius Graeca exemplaria imitatur. itaque nec aliter ictus solvit neque irrationales pedes admisit aliter atque haec fieri viderant Romani in exemplaribus Graecis.

Italica vero vel domestica versificatio, quae in poesi Saturnia inde ab omni aetate dominatast, ea ab Andronico Naevio Plauto Pacuvio Ennio Caecilio Terentio ceterisque poetis scenicis liberae rei publicae a Saturniis translata ad Graeca metra versuum scenicorum. ac deinceps in aliis quoque generibus carminum C Lucilius et M Varro et multi titulorum versuumque popularium poetae iambici, non solum liberā re publicā verum etiam prima aetate imperatoriā, aliquatenus secuti sunt versificationis illa vetera vestigia. postremo Phaedrus aetate Tiberii ita Publilium imitatus est, ut multo esset limatior suaque norma uteretur. nimirum huius quoque generis sunt gradus et aetates, multumque distat Phaedrus a Plauto.

Prisci igitur poetae scenici quamquam in fabulis usi sunt non Saturniis sed Graecis metris, tamen cum Saturniis sunt praeter ceteros comparandi; atque inter priscos poetas scenicos maxime Plautus; qui ut ubertate ingeni, ita artis varietate ceteris praestat. hunc igitur imprimis adhibebimus ad hanc comparationem, cum quaeremus quae proprietates versificationis Italicae et in numeris Saturniis et in versibus scenicorum inesse reperiantur.

§ 4. De ictu soluto.

Versificatione Italica — praeter postremum ordinis iambum aut postremum anapaestum — quivis ictus solvi potest, sed non quovis modo. bibrevis enim ictus ne in versu quidem solet esse nisi in ea syllaba in qua sermonis more communi.

praecipua est igitur sedes ictus bibrevis in acuta syllaba.

itaque in paenultima vocis disyllabae: 3a *fére* Mars 12b *béne* iovent 98aa *pía* pudica, — Plautus Amph 990 *mági(s)* par Truc 135 *nóvos* amator.

in antepaenultima vocis tribrevis aut anapaesticae: 85a *frúere* 103b *súperos,* — Plautus Amph 961 *hílarus* 1003 *stúdio.* — iam in tali exitu vocis complexionisve: 57b *Caicílio* 59a *et⁀váleas,* — Plautus Amph 941 *evéniunt* 1062 *ut⁀válide.*

paeonis vero quarti ictus principalis cum saepius sit in prima syllaba, interdum in antepaenultima (cf E II p 313—314): hac eadem lege etiam in poesi prisca eius paeonis ictus bibrevis collocatur. saepius igitur in prima syllaba talis vocis complexionisve: Saturn 98bb *dómisedă* 150b *Sálaciăm* 203a *múlierī* 127a *cúme⁀tonās* 167b *síne⁀focō,* — Plautus Amph 983 *sácruficĕm* 1046 *míseriōr* 970 *quíbus⁀opūst.* — interdum in antepaenultima: Saturn 136b *propítius* 258b *capítibus.* — Plautus Amph 1060 *misérior* 1065 *propítius.*

item in prima syllaba paeonici principii vocis complexionisve (E II p 305 et 315): Saturn 296a *Síciliēnses* 138 *fámiliāeque* 153b *Nérienēmque,* — Plautus Most 797 *Phílolachēti* Poen 215 *sátietās⁀est.*

raro contiguus est ictui ictus bibrevis et additicius in vocis initio; qui ictus est interstitii moderandi (E II p 305, 306): Saturn 306a álius *àli*ūnde, — Plautus Cist 672 ítaque *pètu*lāntia.

non solet in Saturniis ictus bibrevis dividi per vocis anterioris disyllabae polysyllabaeve ultimam et posterioris syllabam primam; nisi forte paeonis ictus raro reperitur sic esse divisus: Sat 216b ōmni*à di*sērtim (Liv Andron), — Plautus Aul 135 fēmin*à ma*num. quod idem in prosa rythmica interdum esse reperitur, de quo E II p 311 II [1].

§ 5. De bibrevi summissione[2].

Summissio bibrevis quia est pedis eiusdem, ab hac quaestione segreganda est concursio earum brevium syllabarum quae non sunt pedis unius, sive mediā caesurā hemistichii syllaba brevis a brevi separatur, ut Saturn 56a nĕ quairātis ⁝ honōre 238a nām divīna ⁝ Monĕtas 185a nĕ quid frāudĭ(s) ⁝ stuprique, sive choriambus ex

---

[1] Apud scenicos autem ictus bibrevis saepius duriusve dividitur. ut Plautus Ba 83 Úbi tu lépide vóles es*sé ti*bi, méa ro*sá, mi*hi dicitō. quod quia non ita fit in Saturniis, ad universam et generalem cognitionem Italicae versificationis nihil pertinet.

Illud vero longe distat ab Italica versificatione, quod in anapaestis scenicorum Latinorum, ut Graecorum, saepe paenultimae brevi polysyllabae vocis ictus impositus est.

[2] '*Summissio*' = 'Senkung', 'svag taktdel'. ego cur fugiam vocabula *arsis thesis*que, detorta iam ab antiquis grammaticis consuetudinis pravitate, omnes intellegunt.

trochaeo et iambo par est iambicae dipodiae (⏑⏑⏑⏑ = ⏑⏑⏑⏑), ubi nimirum brevis syllaba prior est trochaei, posterior iambi, ut Saturn 2a *nēve luē*ᵐ *r.* 20a *Iūppiter ăt*que dīvi 73b *me⁀hēice sĭtum⁀īn*matūre, item 83a 110a 117a 161 179b 189b 211b 212b 225a 253a 264a 268a 277a 278b 304b 307a.

Haec igitur praefati ad rationem bibrevis summissionis explicandam transeamus.

ac primum anapaesti et dactyli ab iambis et trochaeis hoc differunt, quod in eo genere quod ἴσον vocatur soluta summissio vel exitu polysyllabae vocis vel ultimā et primā syllabis saepius constat, ut Saturn 187 gran*dia* fā*rra camille* me*tēs* 13b *ēius A*chā*ĭa* cāpta 298a magnām*que do*mūm decorēmque 8b festōs*que diēs* 31 et 33 fuīs*se vi*rūm 328a si pōs*sumŭ(s)* quōd debēmus 140 Bellō*na Lares.* eodemque modo in anapaestis dactylisque scenicorum poetarum.

item in anapaestis liberius vagatur, minus angustis terminis circumscripta, vocis bibrevis anapaesticaeve summissio. ut Saturn 72a matēr *mea* míhe monumēntum 282a transīt *Meli*tām Romānus 141b di In*digi*tēs, — Plautus Ba 1187 nil móror, *sine* sīc 1172 dabo iām. *patiā*r.

inter anapaestos et iambos medii sunt paroemiaci (vel enoplii) quidam mixti et clausula Reiziana. ii ordines rythmici cum habeant iambis anapaestos quodam modo admixtos, anapaestis anapaesticam, iambis iambicam normam sequuntur. cuius generis sunt hi paroemiaci: Saturn 45b ut ēssent ōm*nia* brévia 81a famā*que bo*na ēxsitūque 103a qui hic mī*xerit* āut cacārit, — Plautus Men 355 inlécebra *ani*mōst amāntum Pers 854a satĭ(*s*) sūm*psimŭ(s)* sūpplicī iam. item prosodiacum illud catalecticum, quam clausulam Reizianam vocant. ut Saturn 40b parī*suma* fūit 185b ferō*cia* páriat 213b Laēr*tie* nōster 258b capíti*bus o*pērtis, — Plautus Most 858b tamēn *malŭm* métuont Cas 756b quid īn*tus a*gātur.

restant in Saturniis haec pauca et incondita, in quibus vel trochaei et dactyli vel iambi et anapaesti discrimen inscitia oblitterarit: 182b ōblivī*scere* míseriās, et in titulis plebis 62b fēmina ópi*tuma* vēixsit 10b comvī*via* lōidōsque. cuius modi versus tam incompositos etiam in senariis plebis invenias, ut CLE 64. 1 hic ēst sepūl*ta Pa*cília Sōs*pita* pía probă CLE 88. 1 studium hábui ut fácerem vī*va mi*hi āet⟨ernām domŭm⟩ CLE 134. 6 pecū*liō* pāuper, ánimo dīvitīssimŭs.

Venio nunc tandem ad structuram propriam ordinis iambici et trochaici, quantum pertinet ad solutam summissionem.

ac primum p r i n c i p i o p o l y s y l l a b a e vocis complexionisve soluta summissio continetur. sed c o m p l e x i o n i s tale principium tali modo in poesi Saturnia nisi in ordinis initio non ponitur:

Saturn 227a *iăm⁀in⁀*āltum expūlsa lintre 315b *popu*lum⁀in⁀forūm condūcit. — cf Plautus prol Trin 1 *Seque*re⁀hāc me gnata, ut munus fungaris tuom Capt 683 *Sī⁀ego⁀*hīc peribo, ast ille, ut dixit, non redit. vocis vero bibreve principium non solum in primo pede ordinis iambici ponitur, ut Saturn 183a *ini*mīcus sīs commēntus, item Plautus Cist 130 *Sicy*ōne summo genere ei vivit pater, sed etiam in tertia sede ordinis iambici catalectici [1] et in secunda ordinis trochaici, ut Saturn 73a desiderāt *vehe*mēnter 19b rēgibūs *subi*gēndis. Plautus vero etiam complexionem ponit locis talibus, ut Cas 732 nisī me vīs *vome*re⁀hódie Cas 742 quid nūnc? quam mōx *recre*ās⁀me? quod est durius. — in secunda sede ordinis iambici illud fit rarius, ut tale vocis principium tali modo collocetur: Saturn 51a magnā^m^ *sapi*ēntiă^m^ 283a urīt *popu*lātur vāstat.

eadem fere ratione vox bibrevis ponitur in iambi trochaeive summissione. in tertio igitur pede ordinis iambici interdum: Saturn 15 ob hāsce res *bene* gēstas. — in primo saepius. Saturn 59a *bene* rēm gerās et váléas 116a *bene* sīt tibī viātor 117b *diū* vīvite ēt venīte, — Plautus Cas 838 *malō*, sī sapīs, cavēbis. ac fit ut geminetur distincte tale initium incisi: Saturn 126a *duonŭ(s)* cērus ēs, *duonŭ(s)* iānus, — Plautus Poen 1326 *bene* amēt, *bene* fāctum Ba 661 *bonŭ(s)* sīt bonīs, *malŭ(s)* sīt malīs.

fit etiam ut mediae breves levesque syllabae vocis longioris in summissione ponantur, ut Saturn 242b in*seri*nūntur.

anapaesticae voci sic percussae sedes legitima est in principio ordinis iambici [1]. ut Saturn 31a *populī* primāriūm 99a *dominō* dilēctus, — Plautus Rud 284 et 285 *Venerīs* fanum ōpsecro hōc est? | *fateōr*, ego hūius fāni s. c. quid? quod versus paroemiaci non modo anapaestici sed etiam mixti talem admittunt etiam pedem secundum: Saturn 13b Romām *rediēit* triūmphans, — Plautus Men 355 inlécebra *ănimost* amāntum. de quo genere paroemiaci cf ea quae p 26 et 45 scripta sunt.

trochaici vero ordinis sedes secunda vocem complexionemve anapaesticam facillime admittit: Saturn 128a quōd tibēi *cuneis* dehīscunt, — Plautus Amph 673 ní ego illī *puteō* si occēpso. eodemque loco sedes legitima est voci complexionive choriambicae: Saturn 93 ōmnia *ēveniānt* tibēi 191b tōtum *cōmmaculāt* gregēm, — Plautus Ep 76 quō tu *īntereās* modo.

Haec quam brevissime de bibrevi summissione, quatenus communis est Saturniis cum scenicis versibus; namque illa prae-

---

[1] Senarii autem pedes tertium et quartum et quintum et sextum ab hac comparatione semovi, quod et incisionis et ambitus differentia versus senarius a Saturnio membro distat aliquantum.

terii, quaecunque peculiaria ac propria sunt scenicorum. sed ex his, quae exposita sunt proxime, apparet has consuetudines et quasi leges summissionis solutae ad universam versificationem Italicam pertinere. in quibus priscos poetas scenicos Romanorum non usum imitatos esse Graecorum, sed domesticum usum moremque servasse, ex his rebus elucet. primum enim aeque in trochaeis atque in iambis utebantur hac solvendae summissionis libertate Romani; Graeci autem, si ab exemplis nominum propriorum paucis discesseris, numquam fere in trochaeis. accedit quod divisos anapaestos in quaternarios acatalectos iambicos numquam Graeci admiserunt, saepe Romani. cuius rei alia Graeci usi sunt, alia ratione Romani. namque ita solvere summissionem ut constaret modo e primis vocis syllabis, modo e media voce, modo e voce disyllaba, fuit moris Romani commune cum Graecis; sed Romani nolebant fere summissionem solutam iambi aut trochaei totam partemve eius constare exitu vocis, quod Graecis in iambis — nam trochaei summissionem solebant non solvere — minus displicebat. nec vero in diverbiis Graeci tragici anapaestis usi sunt nisi indivisis, nec facile ullis nisi in ordinis principio. ac ne Euripides quidem in ipsis fabulis remissiore versificatione extra primum pedem pro iambo posuit anapaestum, nisi qui proprio nomine contineretur. Romani autem tragici antiquiores nec minus frequenter quam comici pro iambis anapaestos adhibuerunt, et eorum partim divisos, partim indivisos, eadem fere ratione qua comici. quibus quae similia esse in Saturniis vidimus, in iis omnibus indolem Italicae versificationis agnovimus.

§ 6. De ictu et accentu.

Accentus acutus quanta vi sit ad scansionem Saturnii, grammatici aliter alii temporibus his iudicant. qua in re cur grammatici recentes nihil certi consecutisint, causa ea est quod scansionem Saturnii a prisca poesi Latinorum ceterā segregant. nam quo diligentius Saturnios cum poesi priscorum Latinorum ceterā compararis, eo magis apparet universam versificationem Italicam habere eandem rationem ictus et accentus. neque enim, quod ad hanc rem attinet, hemistichia Saturnia aliter structa sunt ac paria hemistichia scenicorum; quod ictus et accentus iisdem condicionibus in versibus scenicorum quibus in Saturniis discrepant

Ac primum levior illa discrepantia ictus et accentus eo nata est, quod ut omnis iambus ita omnis vox iambica ictum habet non in brevi paenultima, sed in ultima longa. quam discrepantiam poesis Saturnia non modo non fugit sed etiam saepe in commate prioris hemistichii quadrisyllabo geminat: Saturn 180a *dabūnt malūm* Metēlli 1 *enōs Lasēs* iuvāte 25a *parēns timēns* heic vovit 211a *virūm mihī* Camēna 230a *ibī manēns* sedēto 248a *novēm Iovīs* concōrdes 263a *patrēm suūm* suprēmum 254a *ubī forās* cūmāuro 302a *ēī vēnīt* in mēntem 157a *vetūs novōm* vinūm bibō [1]. quod parcius scenici. qui raro exorsi sunt versum hemistichiúmve ab initio huiusmodi, ut Plautus Aul 38 *anūm forās* extrūdit, Terentius Ht 135 *malō quidēm* me ... 724 *decēm minās* ... 761 *bonān fidē* ...; quod idem bis in Publilii sententiis: 223 *habēnt locūm* maledīcti ... 348 *magīs valēt* qui nēscit (sic cod F et Ribb, alii aliter). apud Phaedrum autem nihil est eiusmodi. at in tragoediis Senecae tale versus initium triciens extat.

quodsi in exitu coli iambico est vox iambica extrema, accentus nimirum ab ictu discrepat; sin cretica, accentus cum ictu congruit. quod utrumque fit in hoc Saturnio Naeviano 285 sin īllos *dēserānt* | fortīssimōs *virōs*. qúae cola voce creticā finiuntur, eorum numerus in Saturnia poesi duplo maior est (circiter 80) quam illorum quae voce iambicā (quae sunt circiter 40). qua quidem re Saturnii versus non multum distant a prosa rythmica; ubi eorum membrorum quae indiviso cretico finiuntur fere quadruplo maior est numerus quam illorum quae voce iambica (E II p 216). apud scenicos autem priscos horum generum frequentia fere aequalis est ususque promiscuus, ut neque hoc genus illi neque illud huic praeferre videantur. at Senecae versificatione quadruplo maior est numerus eorum versuum qui voce iambica quam qui indiviso cretico finiuntur. ex quo elucet versificationem Romanorum hac quoque re magis magisque discessisse a prosa oratione (cf E II p 217).

Maior vero discrepantia est ictus et accentus, si longa (bibrevisve) et acuta syllaba posita est in summissione. cui rei sedes legitima est in priore parte iambicae dipodiae, ut Saturn 18a *fundīt* fugāt ⁝ prostērnit 27a *donūm* danūnt ⁝ Hērcolēi, — Plautus Cas 838 *malŏ sī* sapīs ⁝ cavēbis Cist 140 *Eandēm* puēllam péperit; aut in posteriore trochaicae, ut Saturn 8a ópiparum *ād rei*tām quolūndam

---

[1] Saturn 157a *vetūs novōm vinūm bibō* habet discrepantiam ictus et accentus consulto repetitam atque quaesitam; quod eadem ratione Plautus interdum, ut Capt 770 *laudēm lucrūm ludūm iocŭm* Amph 995 *amāt: sapit, rectē facĭt* Men 352 *intūs parā curā ridē* Most 902b *sed eō magīs cautōst opŭs.*

309 ūt *novūm cri*brūm novō, — Plautus Trin 697 ís est ho*nōs homi*nī pudīco Pseud 216 ūsque ad *lānguo*rēm, tenēs Pseud 220 égo pul*mēnto u*tōr magĭs.

anapaesticae autem dipodiae et prior et posterior pars discrepantiam ictus et accentus semper admittit. ut Saturn 19 *duellō magnō* : dirimēndo 35 et 41 *consōl censōr* : aidīlis 55 *annōs gnatūs* : vigīnti, — Plautus Cist 219 *modo quōd suasīt* : dissuādet, | *quod dĭssuasīt,* : id ŏstēntat; — itemque dipodia anapaestica paroemiaci mixti, ut Saturn 176b *de istīs membrīs* : medūllis, — Plautus Pseud 1268b *hunc diēm sumpsĭmŭ(s)* : prothȳme Rud 289 *Matēr, nostrum⁀hăbēs.* : opōrtet Rud 284 *Venerīs fanum⁀ōb*:secro⁀hōc⁀est? Cas 162 *eō questum⁀*ād : vicīnam Men 355 *inlécebra animōst* : amāntum. ergo ut poesis Saturnia item scenici. de Saturniis vide p 25—28; ubi sub siglo **A** omnia, quotquot sunt in reliquiis Saturniis paroemiacorum anapaesticorum et mixtorum et iambicorum exempla collecta sunt.

Illud quoque Italicae versificationis est ac memorabile imprimis, quod principium ordinis trochaici saepe constat ex voce (aut complexione) molossica, aut quae par sit molossicae. quod persaepe usu venit in universa poesi prisca Romanorum; ut Saturn 4a *Sēmunīs* : altērnei 52a *āetatē* : quom pārva 312b *sōlvebāt* : cingīllum 336a *ōblitī* : sunt Rōmae 12a *útĕi sesēd* : lubēntis 223a *ātque⁀escās* : habēmus 224a *pārtim⁀errānt* : nequīnont 250a *sácra⁀ĭn⁀mensā* : penātiŭm 273a *rēs divās* : edīcit 316a *ādde⁀hydrām* : Lernāeam, — Plautus Amph 363 *Thēbanīs* legiōnibŭs 537 *ēcastōr* condīgnum dōnum 723 *énĭm verō* praegnāti opōrtet 726 *īn⁀somnīs* fortāsse 794 *mē captās,* quia tūte ab nāvi. cum igitur in Saturniis eius membri quod **a** dicimus duo genera sint, unum gravius, ubi bacchium molossumve praecedit molossus, alterum levius, ubi creticus (cuius utriusque generis exempla p 29—30 enumerata habemus): gravius illud saepius est prius hemistichium Saturnii, levius posterius, ut 4 *sēmunīs* : altērnei | *ādvocā* : pit cōnctos 12 *útĕi sesēd* : lubēntis | *béne iovēnt* : optāntis 39 *Gnāivod pátre* : prognātus, | *fōrtĭ(s) vīr* : sapiēnsque. item Saturn 52. 223. 224. 232. 265. 239. 106. 316.

§ 7. De ictibus contiguis.

In plerisque generibus numeri Saturnii ictus sunt quidam contigui vel per iuncturam vel per contractionem. ut in illo membro Saturnio 305 famēs ācer : āugēscit et illud inest per iuncturam iambi et trochaei: *famēs ācer* (⏑–́–́⏑ pro –́⏑–́⏑), et hoc per contractionem dipodiae trochaicae: *āugēscit* (–́–́⏑ pro –́⏑–́⏑).

de qua re magna controversia est inter eos qui de numero Saturnio disputant. nos vero hac scandendi ratione utimur, ne faciamus ictus contiguos coli Saturnii nisi ob cau-

sam necessitatis. in quo iudicium dirigimus norma Latini sermonis ipsius. is est enim mos Latini sermonis ut ictus non sint contigui nisi ob causam gravitatis aut necessitatis. quae necessitas est moderandi interstitium ictuum ictu additicio; quia lex est rythmi Latini generalis neve quis iambus neve trochaeus neve spondeus careat ictu; de qua lege E II p 304—306 et 369—373 disseruimus. itaque necesse est ictui ictum additicium adiungi in his hemistichiis Saturniorum: 155a Tērra *pēstēm* tenēto 40a quōius fōrma *vīrtūtei* 226b fīliām *Calȳpsōnem*. sin autem non necessest, non sinimus ictus esse contiguos. itaque sic scandimus: Saturn 57b non cum Buechelero »*Ḿâarco Cáicílio*«, sed *Maarcō Caicílio*, 266b non cum Vahleno »*mágníque Atlántes*«, sed *magnīque Atlāntes*. ac ne illud quidem, quod nonnumquam fit in versibus scenicis, facile patimur, nisi cogit necessitas, fieri in Saturniis ut ea vox monosyllaba, quae sit ad sententiam levior, ictu contiguo, quod tali loco molestumst, praegravetur. itaque Saturn 259b *lacrimīs cum mūltis* potius quam »*lácrimis cūm mūltis*«, et 52a *āetatē quom pārva* potius quam »*aetāte quōm pārva*«.

Cum plurimis rebus tum ictibus contiguis poetae scenici et Saturnii et inter se et cum prosa rythmica congruunt, quod utrique servant domestici naturam moremque sermonis. iisdem igitur fere condicionibus ictus sunt contigui scenicorum quibus Saturniorum.

itaque inter syllabas percussionis expertes ictus ictum excipit:

primum in confinio verborum spondiaco. ut Saturn 27b māxu*mē mére*to 30b consēnti*ūnt gēn*tes, — Plautus Amph 219 māxu*mā cō*piā 225 eō *prōe*liō 551 age *ī tū* secūndum. se*quōr sūb*sequōr te.

iam in utraque syllaba vocis spondiacae. ut Saturn 47a quíbŭ(*s*) sei in *lōngā* licuīset 50a Tērra *Pūblī* prognātum 99b quoquo īret *sēmpēr* comĕs 108b reverēre *Mānēs* deōs 155a Tērra *pēstēm* teneto, — Plautus Amph 232 ēdit *fērrō* ferīt, tela *frāngūnt*, boāt Capt 786 advēnero *ōmnēs* loquēntur Aul 122 ut *āequōmst* germānām sorōrem.

item in primo vocis spondeo. ut Saturn 215a patēr nōster *Sātūr*ni 225b fīlia *rēgī*na 229b vīrginem *ōrā*ret 24b āsper *āflēic*ta 40a quōius fōrma *vīrtū*tei 244a vēstis pūlla *pōrpúre*a, — Plautus Amph 221 ēt modo *īnstrū*ximŭs 238 nēmo *cōnvōr*titŭr Most 785 erō sērves *mūltímo*dis Most 791 simūl flāre *sōrbē*reque hāud fāctu fácilest Poen 213 habēnt fōrte *si⁀ōccē*perīs ēxornāre.

in medio vocis spondeo post brevem aut inter breves syllabas. ut Saturn 168 co*mēdē*runt 221 i*bīdēm*que 226 Cal*ȳpsō*nem 331 si*gīllā*tis 272 grātu*lābā*tur, — Plautus Amph 223 īmpe*rātō*res 552 sce*lēstīs*sumūm te ārbitrōr 562 sce*lēstīs*sume⁀āudes Aul 121 *tuāīque* rēī.

in postremo vocis spondeo inter syllabam quae careat ictu et brevem syllabam. ut Saturn 45a mōrs per*fēcīt* tuă 100b doctūs pa*lāestrāe* puĕr 262a rēgna*tōrēm* marŭm, — Plautus Amph 220 dīsper*tītī* virī 224 cōllo*cūntūr* simŭl 239 nēc re*cēdīt* locō 557 sce*lēstām* scelŭs.

neque in Saturniis neque in versibus scenicorum umquam fit ut plures quam bini ictus sint contigui.

Hic tam late diffusus concursus ictuum in eadem parte orationis contiguorum ducendus est priscae versificationis. posterior enim versificatio Latinorum poetarum extra clausulam quidem Hipponacteam ictus in eodem colo contiguos fūgit ac sprevit. itaque cum unus inter poetas νεωτέρους Catullus, scilicet Graecum exemplar imitatus, ita c XXX 4 scripsisset: Num facta impia *fāllā*cum hominum caelicolis placent? et ibidem v 7 Certe tute iu*bēbās*. animam tradere, inique, me, et v 12 Quae te ut paeniteat postmo *fāctī* faciet tui, Horatius in Asclepiadeis uti ratione ea noluit. qui quod semel, C II 12. 25, sic scribens: Cum flagrantia *dē*|*tōr*quet ad oscula, ictum ictui adiunxit in compage compositionis, non dubium est quin eodem loco voluerit confinium esse membrorum. certe consentaneum est nos arbitrari, Horatium cum universos Asclepiadeos tum hunc divisisse membratim.

§ 8. De varietate structurae.

Variatur metricus ordo pedibus et verbis.

verbis ita variatur ut aut ligetur aut dividatur.

ligatur verbis, sive in mediis verbis sive in verborum complexionibus est pedum commissura. ut Saturn 227a iam in āltum expūlsa līntre 155a Tērra pēstēm tenēto, Plautus Capt 284 nōn mendāx modōst Amph 229 īmperātōr utrīnque⁀hīnc et īllīnc Iovī 259 in dícionem⁀ātque⁀in⁀ārbitrātum.

dividitur autem verbis ordo metricus, si, quo loco per pedes, eodem fit per verba divisio. ut Saturn 180a dabūnt malūm Metēlli, Plautus Aul 38 anūm forās extrūdit, ubi trifariam; et Saturn 266a bicōrporēs Gigāntes, Plautus Cist 714 Selēniūm parēntes, ubi bifariam ordo metricus est divisus incisione.

iam pedibus variatur ordo metricus, si mixtus est ex pedibus prototypis et illis qui irrationales vel ῥυθμοειδεῖς nominantur.

est igitur et pedum varietas et illa, cuius mentionem supra fecimus, quod, qui ordines sunt eiusdem metri, eorum alius aliter structus est verbis.

Hanc igitur comparationem ordinum vel membrorum Saturniorum et Plautinorum sic facturi sumus, ut non modo formam generalem unius cuiusque ordinis, verum etiam ipsam hanc, quam modo diximus, structurae varietatem comparemus.

Ordiamur ab acatalectis vel octosyllabis dimetris.

Saturnium 157a	vetūs novōm vinūm bibō	⏑–́, ⏑–́, – –́, ⏑–́
Plautus Amph 995a	amāt: sapīt, rectē facĭt	
Saturnium 189a	corcīllumst quód hominēs facĭt	– –́⏒, ⏑́⏑⏑–́, ⏑–́
Plautus Stich 294b	nil ēsse quód ego nūnc sciō	
Saturnium 190a	in álio pēduclūm vidēs	⏒⏑́⏑–, –́ – –́, ⏑–́
Plautus Men 596b	hunc hódie cōrrumpīt diēm	
Saturnium 171	hanc pēstem pēstilēntiăm	– –́ –, –́⏑–́⏑–́
Plautus Men 600b	placābit pālla quām⁀dedī	
Saturnium 197a	generōsiōris ārborĭs	⏑⏑–́⏑–́⏑, –́⏑–́
Plautus Men 599b	properāvi⁀abīre dē⁀forō	
Saturnium 91a	non fúeram, nōn⁀sum: nēsciō	– ⏑́⏑ –, –́ –, –́⏑ –
Plautus Stich 301b	qui pótuit scīre⁀haec scīre⁀mē	
Saturnium 2b	sīns incūrrere īn⁀pleōris	–́ – –́⏒, –́⏑–́ –
Plautus Most 912a	di⁀īmmōrtales mērcimōni	
Saturnium 128a	quōd tibēi cŭnĕīs dĕhīscunt	–́⏑–́, ⏑⏑–́, ⏑–́⏒
Plautus Poen 522a	līberōs hominēs per⁀ūrbem	
Saturnium 198a	pōsteā nolī rogāre	–́⏑–́, – –́, ⏑–́⏒
Plautus Truc 627a	cāptiōst istām machāeram	
Saturnium 8a	ópiparum⁀ād veitām quolūndam	⏑́⏑⏑–́ – –́, ⏒–́⏒
Plautus Pseud 681a	béne⁀ubi⁀quōd scimūs consílium	
Saturnium 134b	quānto mágĭ(*s*) potēs pollēsque	–́ –, ⏑́⏑⏑–́, ⏕–́⏒
Plautus Most 950a	nōn hic Phílolachēs adulēscens	

Transeo ad cola catalectica et contracta. quae multo sunt frequentiora.

A.

Saturnium 35a	consōl, censōr, ⋮ aidīlis	– –́, – –́, ⋮ – –́ –
Plautus Ba 1088b	bardī, blennī, ⋮ buccōnes	
Saturnium 173a	has tōles, hās ⋮ tonsīllas	–, –́ –, –́, ⋮ – –́ –
Plautus Stich 318	quam prīdem nōn ⋮ edīsti	
Saturnium 166	pastōres te⁀īnvenērunt	– –́ –, –́ – –́ –
Plautus As 397b	Pellāeo mērcatōri	

Saturnium 167 a Plautus Stich 325	sine mánibus cōllegērunt potes: hódie nōn cenābis	⏑⏑, ⏑́⏑–, –́––́–
Saturnium 13 a Plautus Mil 396 b	ductu⁀āuspicio⁀īmperiōque falso⁀īnpune⁀īnsimulātam	––́⏖–́⏑⏑–́–
Saturnium 181 a Plautus Rud 297 b	veterēs Casmēnas cāscam balanōs captāmus, cōnchas	⏑⏑–́, ––́–, –́–
Saturnium 60 a Plautus As 567 b	est⁀hōc⁀monumēntum Mārci malefācta⁀iterāri mūlta	⏖–́⏑⏑–́–, –́–
Saturnium 113 a Plautus Stich 323	monumēntum prō ⁝ re māgnum pudor ādsit, nōn ⁝ me⁀appēlles	⏑⏑–́–, –́, ⁝ ––́–
Saturnium 57 a Plautus Cas 742	hoc ēst factūm ⁝ monumēntum quid nūnc? quam mōx ⁝ recreāsme?	––́, ––́, ⁝ ⏑⏑–́–
Saturnium 72 a Plautus Mil 1050 b	matēr mea míhe ⁝ monu-mēntum quae tē cupit, éăm ⁝ ne⁀spērnas	––́, ⏑⏑, ⏑́⏑, ⁝ ⏖–́–
Saturnium 26 a Plautus Cist 219	decumā factā ⁝ polōucta modo quōd suasīt ⁝ dissuādet	⏑⏑–́, ––́, ⁝ ––́–
Saturnium 282 a Plautus Pseud 235	transīt Melitām ⁝ Romānus at — bāt. cruciōr. ⁝ cor dūra	––́, ⏑⏑–́, ⁝ ––́–
Saturnium 298 a Plautus Cist 229	magnāmque domūm ⁝ decorēmque estne⁀hōc miserūm ⁝ memorātu	––́⏑⏑–́, ⁝ ⏑⏑–́–
Saturnium 328 a Plautus Ba 1164 b	si pōssumŭ(*s*) quōd ⁝ debēmus meo fīliŏ nōn ⁝ sum⁀irātus	–, –́⏑⏑, –́ ⁝ ––́–
Saturnium 74 Plautus Ba 1155 b	bene sīt⁀tibĭ, quī ⁝ iacĭs īntus pudĕt dīcere mē ⁝ tibĭ quīddam	⏑⏑, –́⏑⏑, –́, ⁝ ⏑⏑, –́–
Saturnium 300 a Plautus Cist 220	plerīque⁀omnēs ⁝ subigūntur quod⁀dīssuasīt, ⁝ id⁀ŏstēntat	––́––́, ⁝ ⏑⏑–́–
Saturnium 333 a Plautus Stich 314	immōrtalēs ⁝ mortāles hoc⁀pōstremūmst: ⁝ vae⁀vōbis	––́––́, ⁝ ––́–
Saturnium 179 a Plautus Mil 1071 b	occūrsatrīx ⁝ artíficum non⁀īnsulsum⁀hūic ⁝ ingéniumst	––́––́, ⁝ –⏑́⏑–

Saturnium 14b Plautus Men 355	Romām rediēit ⁝ triūmphans inlécebra animōst ⁝ amāntum	−⏒́⏒, ⏑⏑−́, ⁝ ⏑−́ −
Saturnium 336b Plautus Rud 284	loquiēr linguā ⁝ Latīna Venerīs fanum⁀ōb:secro⁀ hōc⁀est?	⏑⏑−́, −−́, ⁝ ⏑−́ −
Saturnium 103a Plautus Pers 854a	qui hic mīxerit āut cacārit satĭ(*s*) sūmpsimŭ(*s*) sūpplicī⁀iam	⏑⏑ −́⏑⏑, −́⏑−́ −
Saturnium 132b Plautus As 603b	Romānum sīc ⁝ ferīto discēdat sī ⁝ licēssit	−−́−, −́, ⁝ ⏑−́ −
Saturnium 326a Plautus As 452b	sed tōllit nísi ⁝ venēno volēbam. négat ⁝ esse⁀īntus	⏒−́−, ⏑́⏑, ⁝ ⏒−́ −
Saturnium 96a Plautus As 499b	precōr, si⁀qui⁀ēstis Mānes Rhodō mercātor dīves	⏑−́, −−́−, −́ −
Saturnium 112a Plautus As 390b	quom⁀Quīnto Cāepiōne extēmplo iānitōrem	−−́−, −́⏑−́ −
Saturnium 116b Plautus As 391b	qui⁀mē non prāeterīsti ire⁀ād se cālcitrōnem	−−́, −, −́⏑−́ −

Saturnium 266a Plautus As 599b	bicōrporēs ⁝ Gigāntes vidēlicēt ⁝ Solōnem	⏑−́⏑−́, ⁝ ⏑−́ −
Saturnium 180a Plautus Aul 38a	dabūnt malūm ⁝ Metēlli anūm forās ⁝ ẹxtrūdit n.	⏑−́, ⏑−́, ⁝ ⏒−́ −
Saturnium 54a Plautus Aul 37a	is hīc sitūs ⁝ quei nūmquam sed hīc senēx ⁝ iam clāmat	⏑, −́, ⏑−́, ⁝ −−́ −
Saturnium 15 Plautus As 668b	ob⁀hāsce rēs ⁝ bene gēstas labēlla cūm ⁝ labēllis	⏑−́⏑, −́, ⁝ ⏒−́ −
Saturnium 214a Plautus As 694b	argēnteō ⁝ polūbro passērculūm ⁝ putīllum	−−́⏑−́, ⁝ ⏒−́ −
Saturnium 304a Plautus As 555b	magnāe metūs ⁝ tumūltus nostrīs fugāe ⁝ potīti	−−́, ⏑−́, ⁝ ⏑−́ −
Saturnium 317a Plautus As 678b	quod bēstiāe ⁝ fuērunt tam nēquitēr ⁝ fricāres	−, −́⏑−́, ⁝ ⏑−́ −
Saturnium 24a Plautus As 597b	quod rē suā ⁝ difēidens nox sī volēs ⁝ manēto	−, −́, ⏑−́, ⁝ ⏒−́ −
Saturnium 175a Plautus As 667b	hanc strūmăm, hānc ⁝ strumēllam dic ēsse vēl ⁝ vitēllum	−, −́⏑, −́, ⁝ ⏒−́ −
Saturnium 134a Plautus As 559b	tantōque mágĭ(*s*) ⁝ ferīto duellīque mále ⁝ fecīsti	−−́⏑, ⏑́⏑, ⁝ ⏒−́ −
Saturnium 98aa Plautus As 441b	lanífica pía ⁝ pudīca dimídio mínus ⁝ opīnor	−⏑́⏑⏒, ⏑́⏑, ⁝ ⏑−́ −

Saturnium 319a	vehemēntiūs ⋮ sufflāre	⏑⏑–́⏑–́, ⋮ – –́ –
Plautus As 448b	priŭ(*s*)quam⁀īncipīt ⋮ tinnīre	
Saturnium 144b	veniām petō ⋮ ferōque	⏑⏑–́,⏑–́, ⋮ ⏑–́ –
Plautus As 573	fuerīs magīs ⋮ fidēlis	
Saturnium 116a	bene sīt tibī ⋮ viātor	⏑⏑,–́,⏑–́, ⋮ ⏑–́ –
Plautus Ba 784a	ego sūm sacēr ⋮ scelēstus	
Saturnium 315b	populum⁀īn forūm ⋮ condūcit	⏑⏑–́,⏑–́ ⋮ – –́ –
Plautus Aul 51a	potiūs quidēm ⋮ quam⁀hoc⁀pācto	
Saturnium 117b	diŭ vīvite⁀ēt ⋮ venīte	⏑⏑,–́⏑–́, ⋮ ⏓–́ –
Plautus As 787a	ita scīlicēt ⋮ factūrum	
Saturnium 59a	bene⁀rēm gerās ⋮ et⁀váleas	⏑⏑–́,⏑–́, ⋮ –⏑́⏑–
Plautus As 719b	sciam⁀ubī bonī ⋮ quid⁀déderint	
Saturnium 49a	quarē lubēns ⋮ te⁀in⁀grémium	– –́,⏑–́, ⋮ –⏑́⏑–
Plautus Aul 681a	certūmst malām ⋮ rem⁀pótius	
Saturnium 271a	⟨man⟩*ū*sque sūsum⁀ad⁀cāelum	⏑–́⏓,–́ – –́ –
Plautus As 570b	manūs⁀sis ādmolītus	

a.

Saturnium 223a	ātque⁀escās ⋮ habēmus	–́ – –́, ⋮ ⏑–́⏓
Plautus Rud 749	sūblectōs ⋮ habēbis	
Saturnium 35b	hīc fuēt ⋮ apūdvos	–́, – –́, ⋮ ⏑–́ –
Plautus Cas 934b	hīc intūs ⋮ relīqui	
Saturnium 20b	ōmnes hōc ⋮ dedērunt	–́ –,–́, ⋮ ⏑–́ –
Plautus Cas 818	sēmper sīs ⋮ supērstes	
Saturnium 12a	útěi sesēd ⋮ lubēntis	⏑́⏑, – –́, ⋮ ⏑–́ –
Plautus Amph 1112a	égo cunās ⋮ recēssim r.	
Saturnium 105a	rógo⁀te mī ⋮ viātor	⏑́⏑ –, –́ ⋮ ⏑–́ –
Plautus Amph 593a	fíeri nūnc ⋮ utī⁀tu	
Saturnium 239a	tōpper fácit ⋮ homōnes	–́ –, ⏑́⏑ ⋮ ⏑–́ –
Plautus Aul 180a	vēnit néque ⋮ magīster q.	
Saturnium 71a	quōius mōrtem⁀acērbam	–́ –, –́⏑–́⏓
Plautus Men 127a	ēuax, iūrgio⁀hērcle	
Saturnium 142b	nōstrorum⁀hōstiūmque	–́ – –́⏑–́ –
Terentius Phorm 157b	īn⁀mentem⁀īncidīsset	
Saturnium 188a	réligentem⁀ēsse⁀opōrtet	⏑́⏑ – –́⏑–́⏓
Plautus Amph 387a	égo⁀sum⁀Sōsia⁀īlle	
Saturnium 4a	Sēmunīs ⋮ altērnei	–́ – –́, ⋮ – –́ –
Plautus Amph 537a	ēcastōr ⋮ condīgnum d.	

Saturnium 336a	ōblitī ⋮ sunt Rōmae	–́ – –́, ⋮ –, –́ –
Plautus Ba 570a	pōstremō ⋮ si pērgis p.	
Saturnium 249b	īn templō ⋮ Anchīsa	–́, – –́, ⋮ – –́⏓
Plautus Amph 726a	īn somnīs ⋮ fortāsse	
Saturnium 39a	Gnāivod pátre ⋮ prognātus	–́ –, ⏑́⏑, ⋮ – –́ –
Plautus Curc 336a	pōstquam míhi ⋮ respōnsumst	
Saturnium 77	hāec est dómus ⋮ aetērna	–́, –, ⏑́⏑, ⋮ – –́ –
Plautus Aul 145b	tēd id mónitum advēnto	
Saturnium 274a	prīma⁀incēdit Céreris	–́ – –́ –, ⏑́⏑ –
Plautus Amph 369a	āt mentīris étiam c.	
Saturnium 235b	īmportūnae ūndae	–́ – –́ –, –́ –
Plautus Amph 423a	ārgumēntis vīcit	
Saturnium 106a	rógo per súperos qui⁀ēstis	⏑́⏑, –, ⏑́⏑ –, –́ –
Plautus Amph 380a	íta di fáciant ūt⁀tu	

Saturnium 26b	lēiberēis ⋮ lubētes	–́⏑–́, ⋮ ⏑ –́ –
Plautus Cas 824	ōpsecrō ⋮ memēnto	
Saturnium 17a	Hērculīs ⋮ victōris	–́⏑–́, ⋮ – –́ –
Plautus Ba 427a	gy̆mnasī ⋮ praefēcto	
Saturnium 18b	māximās ⋮ legiōnes	–́⏑–́, ⋮ ⏑⏑–́⏓
Plautus Ba 693a	cōmparā ⋮ fabricāre	
Saturnium 53b	nōn honōs ⋮ honōre	–́, ⏑–́, ⋮ ⏑ –́ –
Plautus Amph 372a	hōc quidēm ⋮ profēcto	
Saturnium 130a	sī priōr ⋮ defēxit	–́, ⏑–́, ⋮ – –́ –
Plautus Capt 298a	quōm tibīst ⋮ confēssus v.	
Saturnium 202a	dīves āut ⋮ inīquus	–́⏑, –́, ⋮ ⏑ –́⏓
Plautus Amph 444a	sūra, pēs, ⋮ statūra	
Saturnium 54b	vīctus ēst ⋮ virtūtei	–́⏑, –́, ⋮ – –́ –
Plautus Amph 388	ōbsecro ūt ⋮ per⁀pācem l.	
Saturnium 39b	fōrtĭ(*s*) vīr ⋮ sapiēnsque	–́⏑, –́, ⋮ ⏑⏑–́ –
Plautus Amph 298a	fēcit ūt ⋮ vigilārem⁀hic p.	
Saturnium 249a	pōstquăm ắvĕm ⋮ aspēxit	–́⏑, ⏑́⏑, ⋮ – –́ –
Plautus Amph 589	quoius ego hódie in⁀tērgum f.	
Saturnium 106b	ōssa méa ⋮ tueātis	–́⏑⏑́⏑, ⋮ ⏑⏑–́ –
Plautus Poen 260b	ēxcidít⁀ut ⋮ ego⁀opīnor	
Saturnium 150b	Sálaciām ⋮ Neptūni	⏑́⏑⏑–́, ⋮ – –́⏓
Plautus Amph 591a	ápud⁀erūm ⋮ qui⁀vēra	
Saturnium 12b	béne iovēnt ⋮ optāntis	⏑́⏑, ⏑–́, ⋮ – –́ –
Plautus Amph 295a	tímĕt homō, ⋮ delūdam	

Saturnium 52b	pōsidēt ⋮ hoc sāxsum	–́⏑–́, ⋮ –,–́–
Plautus Capt 300a	Hēgiō ⋮ nunc quāndo	
Saturnium 333b	sī forēt ⋮ fas flēre	–́,⏑–́, ⋮ –,–́–
Plautus Ba 1118a	hāud morōr. ⋮ heus Bācchis j.	
Saturnium 283b	rem⁀hōstiūm ⋮ concīnnat	⁀–́⏑–́, ⋮ ––́⏓
Plautus Epid 723a	ne⁀āttigās. ⋮ ostēnde	
Saturnium 60b	Vērgilēi ⋮ Eurýsacis	–́⏑–́, ⋮ –⏑́⏑–
Plautus Most 882b	būbulīs ⋮ exúviis	
Saturnium 206b	quēm velīs ⋮ dilígere	–́,⏑–́, ⋮ –⏑́⏑–
Plautus Aul 767a	ī refēr. ⋮ dimídiam t.	
Saturnium 123a	dīvŏm ēmpta cānte	–́⏑,–́⏑,–́–
Plautus Amph 618	Sōsia īlle quēm iam	
Saturnium 222b	quēm profāta Mōrtast	–́,⏑–́⏑,–́⏓
Plautus Men 1078a	tū's Menāechmus? me⁀ēśse	
Saturnium 220b	rēlligāre strūppis	–́⏑–́⏓,–́–
Plautus Trin 1132a	ēst⁀ita⁀ūt⁀tu dīcis. s.	
Saturnium 138	fámiliāeque nōstrae	⏑́⏑⏑–́⏑,–́–
Plautus Most 886a	míhi⁀molēstus nē⁀sis	
Saturnium 94b	fácere dībuīsti	⏑́⏑⏑,–́⏑–́⏓
Plautus Amph 268a	ítaque mē⁀malum⁀ēsse⁀o.	
Saturnium 335a	ítaque pōstquamst Ōrco	⏑́⏑⏓,–́–,–́–
Plautus Amph 417a	hǐquidem cērte quae⁀īllic	
Saturnium 220a	tūmque rēmos iūssit	–́⏑,–́–,–́–
Plautus Men 915a	ālbum⁀an ātrum vīnum p.	
Saturnium 58b	rēstitīstei sēedes	–́⏑–́–,–́–
Plautus As 544a	āudiēntem dīcto	
Saturnium 46b	glōria⁀ātque⁀ingénium	–́⏑–́–⏑́⏑–
Plautus Most 206b	ēt⁀pudīco⁀ingénio	

B.

Saturnium 17b	īmperātor ⋮ dēdicāt	–́⏑–́–, ⋮ –́⏑–́
Plautus Amph 248b	prōlocūtus ⋮ pērperăm	
Saturnium 188b	réligiōsus ⋮ nē f*u*ās	⏑́⏑⏑–́–, ⋮ –́⏑–́
Plautus Amph 374b	prăeŭt⁀futūrumst ⋮ prāedicās	
Saturnium 125a	vĕrŏ^{m} ad⁀pátula ⋮ cōmis⁀ēs	⏓́,–⏑́⏑⏑, ⋮ –́⏑–́
Plautus Amph 425b	nēc quisquam⁀álius ⋮ ăffuīt	
Saturnium 101a	quīdquid nōbis ⋮ fēcerīs	–́–,–́–, ⋮ –́⏑–́
Plautus Amph 332b	cērto nōmen ⋮ Sōsiāest	

Saturnium 97a	ēt⁀tibĭ béne⁀sit, ⁝ quī⁀legĭs	–́⏔, ⏑́⏑–, ⁝ –́⏑–́
Plautus Amph 448b	sāne sápio⁀et ⁝ sēntiō	
Saturnium 96b	út⁀ibi⁀illāe⁀sit ⁝ suāvitĕr	⏑́⏑––́–, ⁝ –́⏑–́
Plautus Amph 292b	vídeo⁀hōc⁀nōctis, ⁝ nōn⁀placēt	
Saturnium 95	mī⁀qui⁀fáciat ⁝ nēsciō	–́–⏑́⏑–, ⁝ –́⏑–́
Plautus Amph 368b	hūc⁀advénio, ⁝ nōn⁀dolīs	
Saturnium 11a	qúquĕi huc⁀dédĕrunt ⁝ īnperā-	⏑́⏑, –⏑́⏑–, ⁝ –́⏑–́
Plautus Amph 275b	néque Vergíliae ⁝ ōccidūnt	
Saturnium 58a	hōspes, grātumst ⁝ quom⁀ ápŭd⁀meās	–́–, ⏔́–, ⁝ ⏑́⏑⏑–́
Plautus Amph 417b	gēstae mémorat ⁝ mémoritĕr	
Saturnium 196a	nímia fámiliāritās	⏒́⏑⏒, ⏑́⏑⏑–́⏑–́
Plautus Amph 355b	fāxo⁀haud fámiliāritĕr	

Saturnium 93	ōmnia⁀ēveniānt tibēi	–́⏑–́⏑⏑–́, ⏑–́
Plautus Amph 340b	ā⁀me⁀ut⁀ābstineāt manŭm	
Saturnium 191b	tōtum cōmmaculāt gregĕm	–́–, –́⏑⏑–́, ⏑–́
Plautus Amph 301b	sēse cōncipiēt metŭm	
Saturnium 309a	ūt novūm cribrūm novō	–́, ⏑–́, ––́, ⏑–́
Plautus Amph 278b	dās, datām pulcrē locās	
Saturnium 120b	sēmper stúdiosūs fuī	–́–, ⏑́⏑––́, ⏑–́
Plautus Amph 397b	hērcle⁀hau réticebō tamĕn	
Saturnium 76	ōpta tíbi terrām levĕm	–́–, ⏑́⏑, ––́, ⏑–́
Plautus Amph 315b	mālam, mále discīt manŭs	

B$_2$.

Saturnium 313a	vīlicō ⁝ quod nūnc satĭs	–́⏑–́, ⁝ –, –́, ⏑–́
Plautus As 236	prōrsŭ(*s*) quām ⁝ me⁀ad sē virŭm	
Saturnium app prov 37	sāt citō, ⁝ si sāt benĕ	–́, ⏑–́, ⁝ –, –́⏑–́
Plautus Amph 308b	nōn ferēt, ⁝ quin vāpulēt	
Saturnium 9a	quēi sŏveīs ⁝ a⟨rg⟩ūtiēis	–́, ⏑–́, ⁝ ––́⏑–́
Plautus Amph 318b	quēm probē ⁝ percūsserīs	
Saturnium 213a	néque tamēn ⁝ te⁀oblītŭ(*s*)⁀sŭm	⏑́⏑, ⏑–́, ⁝ ––́⏑–́
Plautus Amph 436b	tíbi Iovēm ⁝ non crēderĕ	

C.

Saturnium 33a	duonōrŏ^m^ ōptumō^m^	⏑⏑⏑–́⏑, –́⏑–́
Plautus Rud 330	(cibūm) captāmus ē⁀marī	

Saturnium 192b	sic vīta trūditŭr	–, –́⏑, –́⏑–́
Plautus Rud 264a	vos īre cum⁀ūvidā	
Saturnium 294a	pacīscunt mōeniă	⏑–́–, –́⏑–́
Plautus Rud 409	(timidās) egēnteis ūvidās	
Saturnium 186a	hibērno pūlverĕ	––́–, –́⏑–́
Plautus Rud 298a	(marīnam) urtīcam, mūsculōs	
Saturnium 32a	honc ōino^{m} plōirumē	–, –́–, –́⏑–́
Plautus Rud 342a	(sed quām) mox cōctumst prāndiŭm	
Saturnium 236a	Mercúrius cūmque⁀eō	–⏑́⏑–, –́⏑–́
Plautus Rud 315a	(qui trēs) secum⁀hómines dūcerēt	
Saturnium 141a	divī Novēnsilēs	––́, ⏑–́⏑–́
Plautus Rud 293a	(hisce hāmi) atque⁀hāec harūndinēs	
Saturnium 274b	puēr Prosērpină	⏑–́, ⏑–́⏑–́
Plautus Rud 336a	(eāst.) is⁀ēst Trachāliō	
Saturnium 31a	populī primāriŭm	⏑⏑–́, ––́⏑–́
Plautus Rud 587b	(quām) lubuīt sentēntiăm	
Saturnium 51a	magnā^{m} sapiēntiă^{m}	––́, ⏑⏑–́⏑–́
Plautus Rud 218a	nunc⁀quī minŭ(*s*)⁀sērviō?	
Saturnium 285b	fortīssimōs virōs	––́⏑–́, ⏑–́
Plautus Stich 21	fac⁀quōd⁀tibī patēr f.	

c.

Saturnium 282b	īnsulam⁀īntegrăm	–́⏑–́⏑–́
Plautus Pseud 1293b	ōptumo⁀ōbviam⁀īt	
Saturnium 139a	Iāne Iūppitĕr	–́⏑, –́⏑–́
Plautus Curc 117b	lūmen hōc⁀vidē	
Saturnium 272a	rē*x* Amūl*i*ŭs	–́, ⏑–́⏑–́
Plautus Ba 645a	nūnc amānti⁀erō	
Saturnium 122a	nōn⁀fuī, fuī	–́⏑–́, ⏑–́
Plautus Ba 643b	cāllidīs dolīs	
Saturnium 86	sī nec⁀hōc potĭs	–́, ⏑–́, ⏑–́
Plautus Pseud 1308a	sēd Simo⁀ūt probē	
Saturnium 279b	pārtem⁀exērcitī	–́ – –́⏑–́
Plautus Curc 117a	quām⁀longe⁀ā⁀me⁀abēst?	
Saturnium 63a	quōius cōrporĭs	–́–, –́⏑–́
Plautus Pseud 1267a	vīctu cēterō	

b.

Saturnium 45a	mōrs perfēcīt tuă	–́, – –́ –́, ⏑ –́
Plautus Capt 220a	nēu permānēt palam⁀hāec	
Saturnium 262a	rēgnatōrēm marŭm	–́ – –́ –́, ⏑ –́
Plautus Amph 220a	dīspertītī virī	

C_2.

Saturnium 67b	pietātis alūmnus	⏑ ⏑ –́ ⏑, ⏑ –́ –
Plautus Aul 432b	meăn sālva futūra	
Saturnium 256b	vestēmque citrōsam	– –́ ⏑, ⏑ –́ –
Plautus Aul 443b	mortālis utī⁀sis	
Saturnium 213b	Laērtie nōster	⏑ –́ ⏑ ⏑ –́ –
Plautus Cas 756b	quid īntus agātur	
Saturnium 184b	ferōcia páriat	⏑ –́ ⏑ ⏑, ⏑́ ⏑ –
Plautus Most 858b	tamēn malŭm métuont	
Saturnium 308b	populūm ⋮ pepulīsti	⏑ ⏑ –́, ⋮ ⏑ ⏑ –́ –
Plautus Rud 185b	miserāe ⋮ memorāntur	
Saturnium 110b	nolēi ⋮ violāre	– –́, ⋮ ⏑ ⏑ –́ –
Plautus Aul 158b	fratēr ⋮ dare dōte	
Saturnium 99a	dominō ⋮ dilēctus	⏑ ⏑ –́, ⋮ – –́ –
Plautus Aul 430b	nisi tū ⋮ mi's tūtor	
Saturnium 57b	Maarcō ⋮ Caicílio	– –́, ⋮ ⏒ ⏑́ ⏑ –
Plautus Rud 675bb	rebūs ⋮ misériis	
Saturnium 231b	domūm ⋮ redīsse	⏑ –́, ⋮ ⏑ –́ –
Plautus Aul 156b	forās ⋮ ferātur	
Saturnium 266b	magnīque⁀Atlāntes	– –́ ⏑ –́ –
Plautus Stich 8b	salvāene⁀amābo	
Saturnium 169b	si ānte nāta	–, –́ ⏑, –́ –
Plautus Aul 421b	res īpsa tēstist	
Saturnium 273b	praedīcit cāstus	– –́ –, ⏑́ ⏑ –
Plautus Aul 159b	est āetas média	

Plerique igitur numeri Saturnii cum quibusdam Plautinis, ut pares cum paribus, apte comparantur.

Quae autem palimbacchio finiuntur cola Saturnia, ea non cum Plautinis — quippe talia sunt nulla Plautina — sed cum Hipponactei scazontis exitu congruunt. quod cum sit in promptu, haec sola affero exempla:

Saturnium 331 b	ēt plăgīs sigīllātis	–́, ⏑–́, ⏑–́ –́⏓
Catullus 31. 14	. . ēst domī cachīnnōrum	
Saturnium 226 b	fīliām Calȳpsōnem	–́⏑–́, ⏑–́ –́⏑
Catullus 8. 1	. . dēsinās inēptīre	
Saturnium 40 a	quōius fōrma vīrtūtei	–́⏑, –́⏑, –́ –́⏓
Catullus 8. 17	. . cūius ēsse dīcēris?	
Saturnium 101 b	idēm tibī spēres	⏑–́, ⏑–́, –́⏓
Catullus 8. 15	. . tibī manēt vīta	
Saturnium 331 a	ebūrneīs lēctis	⏑–́⏑–́, –́ –
Catullus 31. 2	. . liquēntibūs stāgnis	
Saturnium 9 b	opīdque Vōlgāni	⏑–́⏑, –́ –́ –
Catullus 8. 6	. . iocōsa fīēbant	
Saturnium 24 b	āsper āflēicta	–́⏑, –́ –́ –
Catullus 8. 11	. . pērfer ōbdūra	
Saturnium 229 b	vīrginem‿ōrāret	–́⏑–́ –́⏓
Catullus 31. 1	. . īnsulārūmque	
Saturnium 183 b	nēc libēns āeque	–́, ⏑–́, –́⏓
Catullus 8. 10	. . nēc misēr vīve	
Saturnium 267 b	fīliī Tērras	–́⏑–́, –́ –
Catullus 8. 2	. . pērditūm dūcas	

Quae tanta similitudo cum non fugeret antiquos, fuerunt qui ob eam rem imitatione scazontis tales numeros Saturnios natos esse censerent. Marius Victorinus GLK VI 140: ›Quidam volunt hunc (Saturnium) . . . nasci a trimetro scazonte‹. quod illos falli quis non videt? quid ergo est? cum ceteris rebus tum hac re scilicet a d n a t u r a m l i n g u a e L a t i n a e versificationem poetae Saturnii rettulerunt. nam, quod E II et III satis demonstravimus, clauda clausula (. . –́⏑–́ –́⏓) est una omnium clausularum antiquae Latinae orationis rythmicae frequentissima. ex quo intellegitur hanc clausulam inter numeros nativos sermonis Latini locum obtinere praecipuum.

Nunc igitur demum, quoniam versificationis Italicae vim ac naturam, qualis sit, accurate demonstratam habemus, scansio Saturnii in fundamento firmo ac suo collocatast, atque ad illustrandas origines priscorum versificationis scenicorum lux nova affulsit. nam quae proprietates communes sunt scenicis versibus cum numeris Saturniis, quae nonnihil a Graecis exemplaribus diffe-

runt, eae non sunt a fabuloso quodam versuum ordinatore (›*Versordner*›, ›*Versbildner*›), ut quidam arbitrantur, excogitatae; verum prisci illi poetae Romanorum scenici cum metra Graeca tractabant, ad haec ipsa metra transferebant, quantum poterat commode fieri, hanc versificationem Italicam, quae in versibus artis domesticae vigebat Saturniis. quod ita fieri eo magis erat consentaneum, quod versificatio Italica cum natura Latini sermonis maxime congruebat. necdum enim illa aetate id tantum divortium extiterat, quo posteri Romani paulatim magis magisque poesin a prosa separarunt.

§. 9. Notabilia quaedam prosodiae.

1. De hiatu. Quod Cicero in oratore § 152 scribit, poetas quosdam veteres, ut versus facerent, saepe hiasse, id inprimis dici debet de poetis Saturniis. qui non solum in diaeresi ea qua hemistichium ab hemistichio dividitur, verum etiam in caesura utriusque hemistichii sedem legitimam hiatui adsignarunt. nec eam tamen cuivis hiatui: non ei hiatui quo brevis — ut quidam volunt — vocalis produceretur, sed ei hiatui quo vocalis longa et sub ictu posita non minueretur. ut Saturn 214b āure**ō** ⁝ eglūtro 60b Vērgil**ēi** ⁝ Eurýsacis 219b āut ib**ī** ⁝ ommēntans 240a toppēr cit**ī** ⁝ ad āedis 249b īn templ**ō** ⁝ Anchīsa 253a mūlti ali**ī** ⁝ e Trōia 259a flentēs amb**āe** ⁝ abeūntes 299a onerāri**ae** ⁝ onūstae 268a sīlvicol**āe** ⁝ homōnes 321a ubi cōrpor**ī** ⁝ ăérinas. — quin etiam sine ictu in caesura 229a utrūm génu**ă** ⁝ āmplōctens; quod tamen ipsum ita ut brevis vocalis non produceretur.

iam vero bibrevis et in M desinens vox hiat interdum sub ictu: Saturn 125a *vĕ́rŏm* ad pátula cōmis ĕs 249a *ắvĕm* aspēxit. quod similiter scenici prisci; ut Plautus Pseud 319 *cắnĕm* agnīnis Merc 181 *tŭ́ăm* amīcam As 280 *ĕ́rŭm* in ōpsidiōne. — cui generi finitimum et cognatum est si vox iambica hians corripitur, ut Saturn 133 *utĭ ĕ́gŏ* hunc 11a *qŭ́quĕi* huc déderunt; item Plautus Merc 257 *hĕ́rĭ* advēctus.

est compositionis hiatus interdum: Saturn 254a *cŭm*āuro, ut Plautus Capt 395 *cŭm*hōc Cas 612 *cŭm*hāc, *cŭm*īstac.

sententiae vero vis (de qua cf E II 555--6 559 561—7 585 593 604 614—15) quibusdam vel causam ac rationem hiandi praebuit vel excusationem. ita emphasis causa haec hiant: Saturn 164b discēd**ĕ** ā nonnīta 89 *tū* es . . . *tū* eris 275a *tū* arquítenens 217a *quāe* haec dāps est? (*quae* interrogantis, de quo vide E II 564—65.) Quintilianus quidem inst IX 4. 76 auctor est pronuntiandum esse sic

Cic Pis 1 *quī* hic īlluxīt diēs? correptis autem vocalibus Plautus Most 937 *quáe* hăec est fabula? Pers 516 *quáe* ĭstaec ...? — concinnitatis autem causa est hiandi aliquot locis. itaque hiatu distincta est anaphora Saturn 169—170 *si* hodie nata, *si* ante nata, *si* hodie creata, *si* ante creāta 123 *divŏm* ėmpta ..., *divom* deo ... app prov 17 (pag 20) *āssĕm* hábeas, *āssem* váleas; — polyptoton 202 dives aut *iniquus,* aut *iniqui* heres; — parallelismus antitheti 141 *divi* Novensiles, *di* Indigetes. — iam interpuncto et consonantia hiatus excusatur 177 .. teneo, .. lego 172 hunc *dolōrĕm,* hūnc *tumōrĕm,* hunc *rubōrĕm* 174 hunc *panŭm,* has *panūclas* 175 hanc *strumăm,* hanc *strumellam*; — denique ipsa consonantia in perpetuitatem orationis hiatum admisit 33 duonoro^m optumo^m 235b inportunae undae.

illud vero durissimum 249a post*quăm* ávem aspexit, nisi forte Naevius scripsit poste quam‿a. a.

2. correptio iambica. a) sub ictu: Saturn 250a *sắcra‿ĭn*‿mensā penātiŭm; item Plautus Cas 300 *mĭ́hi*‿*ŏb*tingēt sors Capt 441 *tĭ́bi‿ĭn*‿perpétuom — Saturn 12a *útĕi* sesēd lubēntis (de *utī* vel *ŭtĕi* Vers Ital p CVIII—CX). quae sunt in principio coli. — b) sine ictu: Saturn 289a *eăm* cārnem 37 *dedĕt* Tēmpestātebus āide méreto (cf Plautus Pseud 909a *dedĭt* vērba mihi hercle ut opinor) 161 nēc *capŭt* nēc pedēs hábeat (cf Plautus Ba 1193 *capŭt* prūrit). quae sunt omnia in principio coli. in principio commatis Saturn 61 *redĕmp*tōris 210 *tacĕ* līngua, | *dabŏ* pānem.


3. synizesis. Saturn 136b et 183a *sies* monosyllabum = *sīs* 241a *duona* 281a *prōicerēnt* (nisi malis *prŏ́icerēnt*) 154b *meis* = *mīs* (at 156 *mĕīs* disyllabum).

4. pronominalis genetivus duarum morarum 303a *eius*. quod item scenici prisci.

5. S postrema saepe post vocalem brevem delitescit. ut 47a. 126a. 134. 183a. item M Varro in Saturniis: 323b *ălĭŭ(s)* mólit et dēpsit 325b *nātŭ(s)* nōn modo āufert.[1] quod idem Varro etiam in Graecanicis metris. ut in scazonte 487 B (B = ed Buecheleri), in ionico 3 B, in elegiaco 289. 3 B 356. 2 B, in hexametro 9 B 71 B 36 B 252. 2 B. quod in hexametris item Cicero et Lucretius.

---

[1] M Terentii Varronis tam multi — in illis praesertim tam exiguis Saturarum reliquiis — sunt Saturnii, ut non dubium sit quin M Varro habendus sit in numero Saturniorum poetarum. ac profecto consentaneum fuit, M Varronem, hominem antiquitatum Romanarum studiosissimum et peritissimum, in illo poemate, quod, ut ait Cicero acad post I 3. 9, »omni fere numero varium« esset, etiam numeris Saturniis uti.

UNIVERSITY OF ILLINOIS-URBANA
870Z15V3 C001
VERSVS SATVRNII. LUND

3 0112 023657155